VITT. EMANUELE
XLIII. D. 30.
Digitized by Google

Digitized by Google

RABBINI, ET HERODES,

Seu

DE TOTA RABBINORVM GENTE, PARTITIONE, CREATIONE, AVCTORITATE, PLVRIBVSQ; REBVS

aliis, & ſacris, & prophanis:

maximè

DE HERODIS TYRANNI

natalibus, Iudaiſmo, vxoribus, liberis, & regno,

LIBRI TRES.

ADVERSVS IOS. SCALIGERI EVSEBIANAS ANNOTATIONES,

& IO. DRVSII RESPONSIONEM.

AVCTORE

NICOLAO SERARIO SOCIETATIS IESV

Presbytero SS. Theologiæ Doctore.

MOGVNTIÆ,

E Typographeo Balthaſaris Lippij,

ANNO CIↃ IↃ CVII.

DVPLVM BIBLIOTHECA

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO DOMINO, D. CAESARI BARONIO SORANO, S. R. E. PRESBYTERO Cardinali Tit. SS. NEREI & Achillei, Bibliothecæ Apoſtolicæ Bibliothecario longè digniſſimo.

ACcidit, Reuerendiſſime & Illuſtriſ. Domine, *vt quas ad me, Ianuariis dediſti, Româ, Idibus, huc ſub id tempus venerint litteræ, quo ſua in præla hybernum hoc meum Internundinum dare volebat Typographus. Diuinâ ergo veluti virgulâ, mihi tum viſus excitari, vt hoc, exiguũ licet, præpropeq́; nimis elaboratum, ampliſſimo Tuo dicarem, ac inſcriberem nomini,* & cauſæ *mihi duæ.* Publica *vna. Quoties enim* Annales Tuos *aut lego, aut ſuper menſa, quod quotidianum; audio, toties illud, quod de illa, quæ, Ioſephi optimi curâ & ſtudio, in ſumma regionum aliarum eſurie, tritico abundabat;*

 Ægy-

Ægypto ſcriptum, meæ obuerſatur menti:
Gen. 41.57. Omnes prouinciæ veniebant in Æ-
gyptum, vt emerent eſcas, & malum
inopiæ temperarent. *Quanta enim, ab*
ſæculis aliquot, ſolidæ, ſynceræq; hiſtoriæ fu-
it, noſtro iſto in orbe, inopia? Quàm multi
priſcæ, Catholicæq; antiquitatis, vndecunq;,
quãtouis precio, emptitare eſcas percupiebãt?
Sed annonæ dura vbiq; flagellatio; fames &
egeſtas vbiq;. Vnus TV tandem à Deo exci-
ib. v. 33. *tatus* Ioſeph, *ſapiens & induſtrius, qui Æ-*
45 *gypti regiones omnes labore circuiuiſti maxi-*
57. *mo: fruges in librorum Tuorum horrea colle-*
giſti plurimas & optimas: omnes iam, qui
veteris memoriæ cibum quærunt, agmina-
tim, non vt emant, ſed vt gratis accipiant, in
vberrimam, excuratiſſimam, cœleſtiq; Nilo
irrigatam & oblimatam Ægyptum Tuam
proficiſcuntur: Annales Tuos *euoluunt:*
frumenta quanta, qualiaue optant, ex iis au-
ferunt & exportant ſinguli. Quis talem non
amet, colat, veneretur Ioſephum? Quis co-
43. *ram eo non libentiſſimè genu flectat? non e-*
um quo liceat & poſſit, honore, gratiſſimique
animi ſignificatione proſequatur? Priuata
verò altera cauſa eſt: ſed gemina. Nam Socie-
tatem noſtram totam, eiuſq; Parentem & cõ-
dito-

itorem, quanto amore, quantiſq; complecta-
e meritis, quis neſcius? Meipſum verò ante
mpliſſimam, ad quam merito euectus Tuo;
Cardinalatus dignitatem, in Tuorum ad-
mittere, vltroq; inuitare dignatus es Amico-
um numerum: & poſtea in tam edito conſti-
utus honoris loco, non modo non deſpexiſti;
ed ſubtimeſcentem iam, abiectum Reue-
endiſſimus, obſcurũ Illuſtriſſimus cun-
tantem & quaſi refugientem humaniſſimis
non rarò litteris euocaſti: elogiis, quæ mea ſu-
ra ſe ſemper ſenſit exilitas, ſed Tua dictauit
beneuolentia; ornaſti: Tomorũ Tuorũ, velut
optimi lectiſſimiq; tritici miſſitatione fameli-
cum recreaſti: omni deniq; humanitatis, &
beneficiorum, ſi quos, vel vno, vt aiunt, ver-
bulo commendaui; genere, omnes, & in i-
pſis me affeciſti. Pro his, ſi quidem mihi cæ-
leſtis dediſſet Iacob; æquum nonne foret, vt
magni alicuius Operis, noſtro cum Pererio, c. 44. 11. 21.
non precium modo & argentum, idq; condu-
plicatum, annumerarem, ſed ſupernumera-
ria etiam reſinæ, mellis & ſtoracis, ſta-
ctes, terebynthi, & amygdalarum mu-
nera; plura inquam, & vtiliora, iucundiora-
que deferrem Opuſcula? Meæ tamen pauper-
tati ad manum aliud nunc nihil erat. neque

vero meis aut preciis aut donis vllis eget Ioſeph. *idemque & rerum, & hominum, de quibus, aut cum quib. his in lucubratiunculis, mihi ſermo; cognitor, cenſor, & iudex eſt longe optimus. cui ad* DEI *O. M. gloriam,* Eccleſiæq; *ſanctæ vtilitatem viuenti longæua veteris illius* Ioſephi *ſenectus: mortuo aromata ſpiritalia, religioſumq;* Moyſis *officium.* *Moguntiæ a. d. VII. Kalendas Martias, Anno Domini* CIↃ IↃ CVII.

cap. 50, 25. Exod. 13. 19.

REVEREND. & ILLVSTR.

D. T.

Seruus in CHRISTO *indigniſſ.*

NICOL. SERARIVS.

RAB-

Digitized by Google

RABBINI ET HERODES,

LIBRI PRIMI,

CAPVT I.

De libellorum iſtorum titulo, materia, occaſione & fructu.

RABBINI, & *Herodes* inſcribuntur hi libelli, quòd de Rabbinis & Herode agant. Agũt verò, quia occaſionem dedere Druſius & Scaliger: ille in libellorum ſuorum pluſculis, ſed in duobus maximè, quibus ad ſibi perſolutum reſpondet *Mineruαl*: iſte in *Tribæreſii Elencho*, & in *Euſebianis* ſuis *Animaduerſionibus*. E Rabbinis enim, & de Rabbinis, maximam hi mecum partem altercantur. nouumque nuper non tam mihi, quam Euſebio Cæſarienſi, priſcis Patribus, communi Chriſtianorum omnium ſententiæ, ipſiq; adeo ſacroſanctæ Veritati, pro Herode Tyranno, bellum indixit Scaliger. *Rabbini* autem, vel, ſi quis ita malit, *Rabbinici libelli* duo ſunt. Vnus purè ac ſimpliciter *Rabbinus*,

Digitized by Google

binus, qui generatim horum nomina, genera, opera, tempora, origines, Academias, diſcipulos & auctoritatem explicat. Alter, *Rabbinus* velut *miſcellaneus*, quia de Rabbinis nonnullis ſpeciatim differit, ſed ita, vt quæ cum ijs de Sanctis Patribus, de rebus alijs à Druſio coniuncta, perſequatur. Prior autem ille vtilitates parere poteſt complures. *Prima* eſt, quòd Rabbinorum perfrequens in Teſtamento nouo mentio ſit. *altera*, quòd in diuinarum litterarum interpretationibus & Commentariis creberrimus eorundem occurſus: *tertia*, quòd non inutile ſit, hoſtes noſtros cognoſcere, vt tanto proſternantur & ipſi, & qui ab ipſorum auctoritate pendent faciliùs: *quarta*, quòd ex eorundem cognitione non iniucundus in Chriſtiana pietate vigor, animique robur exiſtat. *quinta*, quòd quemadmodũ Gentilium (vt hæreticos modo ſileam) Philoſophorum, ortus, familias, dogmata, & vitas noſſe non paruum operæ putatur precium: ita & in Iudæis quinam doctrinâ & ſapientiâ excelluiſſe tradantur, non neſcire frugiferum: *Sexta*, quod dum ad Chriſtianam religionem inuitandi & cohortandi Iudæi, magnam ea cognitio vim & alacritatem Chriſtiano vel diſputatori vel Catechiſtæ ſuppeditet: quin & ipſos ad libentiùs auſcultandũ atq; aſſentiẽdum Iudæos adducat, pæneq; attrahat. *Sanè*, ait noſtrorũ quidam; *Iudæi, vbi intelligũt à Chriſtianis cogno-*

Poſſeu. App. To. 2. p. 298.

gnoſci, quænam fuerint Iudaicæ Reipub. leges & *rma, de qua expedit nonnibil præloqui, dum ij* *uandi ſunt; libentiùs excipiunt, quæ ſubinde ad* *s conuincendos afferuntur. Septima* demum, uòd ad hiſtoricæ peritiæ copiam, nonnulmq; iuris aut cognoſcendi aut dicendi ſaientiam conducat eadem de Rabbinis diſutatio: De iis enim ſanciunt etiam Leges on nihil: & vidimus hiſce diebus, Sacrę Cęreæ Maieſtatis iuſſu, diligenter à complubus Nobiliſſimis, CL. doctiſſimisq; Viris in ım, quam ad Germanenſes Iudæos omnes ıiſit anno CIƆ. IƆ. CIII. Francofurtenſis ynagoga; inquiſitum epiſtolam. In ea verò e Rabbinorum creatione, auctoritate, poeſtate, ac officio quoties? Reliquorum frutus libellorum ad eadem pertinet: eius verò ræſertim, qui ob oculos Herodem ponit. Jeq; tamen, quæ poſſent, colligentur à me mnia: ſed ea tantum, quæ & propoſitus deoſcet ſcopus, & minimè obſcura ſinet breitas. Incipio.

Nouell. 146. & X. de Iudæis.

CAPVT II.

De Rabbini appellatione.

VNius apud Iudęos radicis ac ſtirpis ſunt omnia hæc, *Rab, Rabrab, Rabba, Rabbi,* *Rabban, Rabbana, Rabbanan, Ribbi, Ribbun,* *Ribbon, Ribbona, Ribbuni, Rabbuni, ac Rabboni.* Et ſunt quidem aliis alia vſitatiora: omnia

tamen, generatim loquendo, *vel Principem*, ac *Dominum*, vel *Magiſtrum* ac *Doctorem* ſignificant. Prioris verò ſignificationis exempla in ipſo ſcripturæ contextu pauca: in ipſis verò Thargumim, de quibus alio loco infrà; bene multa, quæ in ſuo Methurgeman collegit non indiligenter Elias. tumq; habent non rarò adiunctum nomen, quod vel rem, in qua dominatum, principatumue tenet quis, oſtendat, vel certè hominem, à quo, aut in quem dominatus ac principatus eſt. Hinc
Eſther 1. enim *Rab bayth*, præfectus domus ſeu œco-
Ioſ.3. nomus: *Ribbon col arha*, dominus vniuerſæ
Iuch.32. terræ: *Rabba de pharoh*, princeps Pharaonis:
Gen.39.37. *Rab katilaja*, præfectus lanijs, aut magiſter
Matth. 23.7. militum. Poſterioris verò ſignificationis tã
8.26.25.49. creber in Teſtamento nouo vſus, vt eæ tantũ
intuendæ videantur ſedes, in quibus eſt nominis huius explicata notio, vt Ioann.1. *Rab-*
Marc. 9. 5. c. *bi (quod dicitur interpretatum Magiſter) vbi ha-*
10.51.c.11. 21. *bitas?* Græcè Ραββὶ, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον δι-
c.14.45. δάσκαλε. Ioan.26. *Rabboni, quod dicitur Magi-*
Ioan.1.38 49. *ſter*. Græcè Ραββουνὶ ὃ λέγεται διδάσκαλε. Atq;
c.3.2. 26.6.4. in hoc poſteriore ſignificatu è Iudæa in La-
31.c.6.25.c.9. tium venit Rabbinus, pro quo ſingulariam
2.c.11.8. ſæpiſſimè litteram R, & apud Hebræos ר vi-
*Matth.8.19. demus. Quoties verò nobis in ſacris * Euãge-
c.9.11.c.10. liis *Præceptor*, aut *Magiſter* occurrit, toties He-
24.25.c.17. braicè *Rabbi* aut *Rabban* dictum fuiſſe, ipſa
24.c.23.8. oſtendit Syriaca verſio, niſi quòd interdum
Marc.2.16. *Malphana* etiam, cuius a docendo vis eadem;
c.4.38.
Luc.6. 40.c 7.
40.
Io.13 13.&14.
Matth.12.38.
Mar.5 35.c 9.
17.c.10.17.20.

lega-

gatur: Græcè autem ſemper aut ὁ διδάσκαλος, aut quod rarius, & in ſolo ferè B. Luca; ὁ ἐπιστάτης: in Ioſepho ἐξηγητὴς τῶν νόμων, καὶ σοφιστής. Luc. 3. 12. c. 9. 38. c. 10. 25. c. 20. ſæpius. Io. 3. 2. & 10. lib. 17. c. 8. & 11. l. 2. bel. c. 32

CAPVT III.

Rabbinicæ appellationis originatio, & vſus.

RAdix, è qua *Rab*, aliaque ſimilium, de quib. ſuperiori capite, numeroſa pulluſcit nominum ſoboles, verbum eſt *rabab*, ut *rab*, quod *multiplicare* ſignificat. Oportet nimirum dominis aut principibus multam ſſe potentiam: multam in doctorib. & maiſtris ſapientiam: decetq; vt eorum ſinguli, liorum multorũ inſtar ſint. Hinc enim, hooris causâ, in noſtratẽ hodie phraſin, dum e vno loquimur, venere notæ illæ noſſiſſaiones & voſſiſſationes. quaſi tanto quiſque ominum plurium perſonam indutus ſit, uanto maior ac ſapientior eſt, vti aliàs, cum e *Elohim* differerem nomine, oſtẽdi. Quam tiam ob cauſam, quoſdam, vt Homerum Apuleius; *multiſcios, multarumq; rerum peritos* licimus, Græci πολυγνώμονας, πολυΐστορας, καὶ πολυμαθεῖς. Ab ipſo autem *rab* duplex caſus pluratiuus, *rabbim*, & *rabboth*. ſed ille in quacumq; quorũlibet aut hominũ aut rerũ multitudine vſitatur: verbi causâ, *rabbim omerim*, multi

Nos, Vos. Eraſ. de cop. Wir/ ihr. Nous, vous.

in Symb. Athan. n. 89.

multi dicũt Pſ.3.& 4. *maiim rabbim*, & *rabbim macouim*, aquæ multę, & multa flagella Pſ.31: *Rabboth* verò, Rabbini ſunt. ita vt Rabbinos multos dicere ſi libeat, dicendum ſit coniunctè, Rabboth rabbim. Quãuis verò principem Magiſtrumq; notet *Rab*, ſi præcisè tamen ponitur, non eſt indiſcriminatim *princeps* aut *magiſter* vertendus: ſed è duobus is ponẽdus, quem loci monſtrant circumſtantiæ. Ideoque veram quidem ſententiam, ſed falſam ineptamque Hebrææ illius gnomes, quæ ait, *illum, qui hal rabbo*, id eſt, *cum præceptore contendit, perinde facere, ac ſi cum Deo contenderet*; affert verſionem Druſius, cum ſcribit: *Aliter vertas, & fortaſſe meliùs, Quicunque contendit cum principe ſuo. Nam rab etiam princeps. Par ambiguitas in illo, Sit timor Rabbach principis tui (alias præceptoris tui) vt timor cœli, id eſt Dei.* At de Magiſtro hic agi, erit cuilibet manifeſtum, ſi quæ antecedunt, ſpectentur omnia. Nam Ribbi Eleazar filius Schamuhę ait: *Sit tibi diſcipuli tui gloria, tam chara quã tua ipſius: & ſodalis tui gloria, quàm Rabbini* ſeu *præceptoris tui: & timor Rabbini ſeu præceptoris tui, quàm timor Dei.* Vbi diſcipulorum, ſodaliumq; mentio eſt, cur Magiſtrum & præceptorem non ſignet *Rab*? Dicunt verò Germanici Iudæi *Rebbi* pro *Ribbi*: ſed Germanus improbat Elias. *Miror*, ait, *cur inueniatur in pluribus precum Digeſtis, Rebbi, cum reſch ſceuato. quod cum punctorum ratione nullo modo conuenit.*

Reſp. p.96.

Pirk.c.4.

Thiſbi.

enit. *Beth enim dageſſatum eſt, & poſt ſceua mo-* *le nulla dageſſatur littera.* Neſcio tamē, pru- ens an imprudens, in eodem libro, cùm de *ibbut hakkeber* agit, ſcripſerit ipſemet *Rebbi.* t autem apud Iudæos moris, vt cum nomi- i alicui jod affigitur, perſonę, quę loquitur, u primæ poſſeſſionem indicet. ac idcirco, uod in Hebræo & Latino clamat 4. Reg. 2. liſæus, *Pater mi, pater mi,* transfert Chaldæ- s Paraphraſtes, *Rabbi, Rabbi,* vel, vt in exem- laribus aliis legitur, *Ribbi, Ribbi.* Ferè tamen mper, & præſertim cum propriis antepo- itur nominibus, ea littera venuſtatem dun- axat aliquam importat, præciſeq́; magiſtrū praeceptorem ſignificat, non magiſtrum neum, præceptorem meum. Et par in *Rab-* *oni* ac ſimilibus ratio. *Rabbanan* verò qui- uſdam èſt, *Magiſter noſter*: aliis *Magiſtri & do-* *ctores.* quia crebra hæc in Hebręis Commen- ariis oratio: *Thenu Rabbanan*, id eſt, docue- unt, ſeu explicarunt Magiſtri. licet poſſent riores illi reſpondere, id ita dici, quaſi eſſet, ocuit è magiſtris noſtris aliquis, vel docue- unt magiſtrorum noſtrorum aliqui. *Ribbon* porrò Eliæ paulò ante citato placet, ſed non *Rabbon.* Cum tamen *Ribbuni* & *Rabbuni* vt antea vidimus, in vſu ſit, quidni & *Ribbon* ac *Rabbon?* Imò in quibuſdam Thargumicis Codicibus legi *Rabbon*, fatetur ipſemet E- lias: ſicq́; legi poſſet in Rabbi Eliezeris ma- gni deſcriptione, *Rabbono ſchel holam*, Domi- nus mundi.

Merc. & Interp. Syr. Teſt. ad verb.

Boder. Syrach.

in Thiſb.

Iuch. f. 32.

CAP.

CAPVT IV.

Rabbinicæ appellationis diſcriminatio.

c.2.& 3. QVæ ab radice vna ſoboleſcere dixi Rabbinorum nomina, variis diſtingui modis poſſunt. Nam I. ſi Hebraicam linguã paulò libeat fundere latiùs, vt in ſcriptura
Ioan.5.2.c.19. 13.17.20. funditur non ſemel, erunt illa quidem Hebraica omnia: ſed ſi ſecundum varias Dialectos eandem anguſtemus, iam alia dicenda erunt Hebraica: alia Chaldaica, vel Syriaca. II. ſi eorum vſionem nominũ cõſideremus; ſunt aliis alia vſitatiora: & quædã in Dominos & Magiſtros æquè cadunt: quædam in Dominos magis: in Magiſtros alia. Quin & *Ribbon* ſoli dominorũ Domino, Deo O. M. tribui, auctor eſt Elias, cũ tamẽ Boozo dicat Ruth c.2.13. *Ribboni*, Domine mi. III. Inter ea, quæ in Magiſtris maximè vſitantur, duplex ferè à Rabbinis ipſis ſtatuitur diſcrimẽ. Vnum *loci*, è quo Magiſtri illi ſunt: alterum *excellentiæ*, qua videtur vnus aliquis præſtare aliis. Quoad locum; vocatum aiunt *Rab*, qui
Thiſ. Mar. eſſet Babylonius: *Ribbi* verò, qui Iſraeliticus.
2.Min.c.12. Dixi enim iam alias, & iterum repetã poſtea; poſt Iudæorũ è captiuitate Babylonica reditum, duas illorum nominatiſſimas fuiſſe A-
inf.c.30. cademias: in Babylonia vnam, in Iudæa alteram. Quoad excellentiam verò; infimi ordinis Magiſtrum *Rab* appellatum tradunt: altioris, *Rabbi* aut *Ribbi*: altiſſimi *Rabbenu*,
Theſ.rab. *Rabban*, & *Rabbanan.* Sed neque loci, neque excellentiæ hæc examuſſim ſemper obſer-

Digitized by Google

diſcrimina. & variæ Rabbinos ipſos
ent altercationes; 1. cur Rabbinorum
.m præſtantiſſimi, abſq; vllo nominum
un titulo, ſimpliciter nominentur, vt
gnus Socheus, Ioſe Iohezeris filius Hie-
ymitanus, Ioſue filius Perachię, Nithę-
belites, Schemaias & Abtalion, Hillel
hamaj, Baba Butæ, Chananias, Necho-
Chanina, Samuel paruus, alii. 2. Rur-
,cur horum quibuſdam interdum, &
lantiſſimis aliis nonnullis præponatur
m *Rab* aut *Rabbi*. vt Rabbi Eliezer, Rab- *Iuch. f. 46.* *Kall. 60. b.*
ıda, aliàs Hakkadoſch, R. Hakiba, Rab- *61.*
ɔãnes, auctor Hieroſolymitani Thalmu- *62.*
Rab Aſe auctor Gemaræ, Rab Haai au- *76.* *77.*
r parui quaſi Thalmudis, Rab Baruch,
ſecundus nullus. 3. Cur poſtremò inter
ſtantiſſimos, paucis quibuſdam detur
priſma hoc, *Rabban*. cuiuſmodi eſt Rab-
ı Gamaliel, Rabban Symeon, Rabbã Io-
ıes Zachęus, & pauci quidam alii Rabba- *58.*
n. Dicunt quidem diuerſa diuerſi. ſed ex
colligi poſſunt quatuor hæc: 1. *Thalmidim,* *Iuch f. 48.*
ı diſcipulos quisquis habet, Rab aut Rabbi voca-
poteſt. 2. *Qui natu minores ſunt, ÿ à maioribus* *ibid.*
ıtu non facile Rabbi, aut Rabban appellabantur.
Quibus impoſitæ manus non erant, eo, qui poſtea *cap. 21.* *Iuch. f. 50.*
icetur, ritu; ÿ ſua ſimpliciter nomina retine-
ınt, nec Rab aut Rabbi, multoq; minus Rabban
uncupabantur. 4. *Qui principatum in populo*
enebant, ac neſiim erant, ÿ propemodum ſoli

Rabban

Digitized by Google

ib f.21.46. 49.50.

Rabbon appellabantur. Addo 5. *Rabbenu* valere Magiſtrum noſtrum, iſtaq; tam honorificâ voce perpaucos, & eos quidem admodũ inclytos, affici conſueuiſſe. Sic enim ante omnes, & in Iudæorũ libris paſſim, Rabbenu Moyſes: deinceps Rabbenu Hakkadoſch, Rabbenu Hillel, Gamaliel, Chananeel, Raſchi, Tham, Saadias, Moſes pater R. Chanoch, Naſim Haai. & ſi qui ſimiles.

Iuch. 53. b. 20. & 69. 17. b. 32. 121. b. 262. b. Syroch. p. 182. Kabb. 70. 174 R. Kim. Rad.

CAPVT V.

De Rabbinorum nominibus aliis.

PRæter ea, quæ Rabbinos non ſignant modo, ſed & ſonant, nomina, ſunt alia etiam plura. in quibus primum merito habeatur id, quod apud alias etiam gentes, vetuſtiſſimis vſurpatum temporibus; *Sapiens*, σοφὸς, Hebraicè *chacam*. Sic aliquando ſimpliciter *checamim*. id eſt, ſapientes legimus: aliquando cum adiunctione, *chacme Iiſrael*, ſapientes Iſraelis, *checme hammiſchnah vethalmud*: eruditi in Miſchnah & Gemara. de quibus libris poſtea. Aſcribam S. Hieronymi, quæ ad plura deinceps proderũt, verba paucula: *Doctores Iudæorum* σοφοὶ, hoc eſt, *Sapientes vocantur. Et ſi quando certis diebus ſuas traditiones exponunt, diſcipulis ſuis ſolent dicere* οἱ σοφοὶ δευτεροῦσι *(non* δευτερώσεις*) id eſt, Sapientes docent traditiones*. II. nomen *Sopher*, à quo, ſi cui-

Gen. 41. Exod. 7 & 18. Iob. 34 Cic. de diuin. D. Hieron. ad Alg. Thiſ. rabats. Iuch. f. 2. Rabad. 77. b.

epiſt. ad Alg.

quam in Helladem ꝓfectus σοφὸς vide-
nihil equidem reſtiterim. Nam, vltra *Iſaia* 11.
m affinitatem, pro illo quod apud Iſai-
ſt, *vbi ſopher?* dixit Apoſtolus, ποῦ ὁ σοφὸς; 1. *Corint.* 1 20.
piens? Sed illic à 70. vertitur γραμματικὸς,
ſtro Interprete *litteratus*. Alioqui ferè
er alias à Græcis γραμματεὺς, à noſtro
conuertitur. Sic enim Eſdras *ſcriba* vo- 1. *Eſd.* 7. l. 2. 8.
:ſic *ſuper cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ* *Matth.* 23.
ariſæi: Sic apud S. Epiphanium οἱ γραμ- *lib.* 1. *hær.* 15.
ς ἦσαν δευτερωταὶ τ̃ νόμυ, ὡς γραμματικὴν
πιστήμην ὑφηγόμενοι. Sic apud S. Hierony- *Ep.* 121.
, *vir quidam inter Iudæorum ſcribas* **Chal-**
xiſtimatur: Sic deniq; apud Eliam, *So-* *Theſ.*
n ſunt checamim, qui etiam vocantur Rab-
:nec differentia eſt, ſi qui dicant, E verbis ſo-
n, & è verbis Rabbanan. & quid *Thikkum*
rim, niſi, correctio ſcribarum, id eſt, tra-
lus, in quo duodeuiginti Bibliorum di-
es à Magiſtris correctæ? In Thargumim
æpè vocatur Propheta *Saphar*, Prophe-
ibraia. Nam reuera eximij, planèque
ii doctores hi, & magiſtri. III. Rabbino- *Kab.* 82. *b.*
iomen *Maſcilim*, vel præcisè, vt apud R.
ham Dauidis filium, vel cum adiuncto *Dan.* 11. 33.
o, vt apud Danielem *Maſcile ham.* Docti
pulo, eruditores populi. IV. *Malphan* & *cap.* 2.
iana doctor etiam eſt, prout è nouo Te-
nto feci antea manifeſtum. V. Eadem *R. Nath. Conc.*
Moreh ſubiecta in diuino Codice vis: & 4. *Reg.* 17. 28.
bræorum quoq; Commentariis, prout *Iſa.* 9. 15.

Digitized by Google

contra Scaligerum probaui iam aliàs: & hu-
Prou.6.12. *Iob.36.22.* *Pſal.83.7.* ius agnoſcit Theſeus, dum ait, *More nebuchim*,
id eſt, doctor perplexorum. Suos etiam Archi-
Min. l.4. c. 8 *lib. Tetr. p.92.* rabbinos vocant hodie *Morenu*, id eſt, Magi-
cap.1. ſtros noſtros, vt in citata Frãcofurtenſis Syn-
agogæ patet epiſtola. quemadmodum *Rab-*
cap.4. *benu* & *Rabban* vocati olim, vt ſuprà expoſi-
tum. VI. *Mar* quoque pro Rabbino ponitur
vt *Mar Zuta*: & *More debilcetha*, id eſt, collecti-
onum Magiſtri, quæ *aſuphoth* vocantur. Non
neſcienda tamen hic tria. 1. Iſta voce ſicuti &
cognatis, *mara*, *maran*, & *mare*; dominum
in Tob.c.2.q 1 maximè ſignificari, ſicuti cum dicebam ali-
bi, *Mar Phetros*, dominus Petrus. & dominus
mundi eſt *mare halma*, dominus qui eſt in cę-
Syrach.124. lis, *maran deliſchmaia*. 2. Eum, qui è Babylone
cap.4. fuiſſet, vocatum olim *Mar*, vti de Rab dictũ
ſuprà. 3. carpi quidem ab Elia nonnullos, qui
Thiſ. *Maſius Gron.* pro *mar* legunt *mor*. ſed cum Hebræum ca-
Syr.ſ.8. mets per *o*, etiam à veteribus non raro effe-
ratur; imo & ſæpiſſimè ab iis, qui Thargu-
mim puncta ſubiecerunt, efferatur *o* per ca-
mets; an nõ carpendus ipſe potius? VII. Cum
dicitur *Abba Saul*, *Pirke auoth*, & quandoque
Abothenu, id eſt, *Pater Paul*, *Capitula patrum*,
Patres noſtri; videtur ſignificari, Magiſtros à
lib. de Luth. *Mag.* Iudæis etiam *Patres* vocatos, vti de Latinis o-
Thh. Acad. c. *4.* ſtendi aliàs. Vnde, vt ſuprà iam quoque ta-
cap.3. ctum, pro illa Eliſæi ad Eliam exclamatione
Pater mi, Pater mi, collocat Paraphraſis Chal-
dæa, *Rabbi, Rabbi*. VIII. Eodemq; modo *Ze-*
kenim,

ıim, id eſt, *ſenes*, interdum nominantur. vt
.m explicant illud Deuter. 32.7. *Interroga*
trem tuum, & dicet tibi: Senes tuos, & dicent ti-
Senes enim non quilıbet: ſed *ij*, ait Seder cap. 10.
abba, *intelliguntur, qui ſapientiam acquiſie-*
nt. IX. Sunt & alia nomina, vt *Chacme Thal-*
idim. ſimilia, ſed oportuniorem infrà locũ
ıncifſcentur.

CAPVT VI.

Rabbinorum diuiſio.

POſſunt Rabbinorum diuiſiones inſtitui variæ: ſed ſatis iam duæ fuerint. *Vna*, quæ emporis rationem, ſucceſſionemque quandam connexam habet: *altera*, quæ ab actionibus ac ſtudijs, circa quæ Rabbinorũ ipſoum verſatus labor ac induſtria, nullâ temporis ratione habitâ, ducitur. Priore illo modo, Rabbinorum alij ſunt *Thanæi*, alij *Amoræi*, alij *Seborai*, alij *Geonim*: alij *Marbitſe thorah*, alij demum *Checame Thalmidim*, vel generalium ſuprà expoſitorum nominum aliquo affecti. Poſteriore modo ſunt *Maſoretæ*, *Cabbalici*, *Thalmudici*, *Medakdekim*, *Methargemim*, alij. De primis verò generibus illis primò, tum de poſterioribus dicendum.

CAPVT VII.

De Thanæis.

Digitized by Google

Thiſb

THana diſcere eſt. Vnde in Iudæorum libris frequens illud: *Thenu Rabbanan*, vel vt legendum potius docet Elias, *Theno*, id eſt docent Rabbini, de quibus ad Algaſiam S. Hieronymus antea *c.* 5. & qui didicit, iamq; doctus eſt, is *thani* & *thanai* dicitur. Sed præſertim qui in lege ἀγράφῳ, ſeu, ore tradita & repetita, quæ ab Hebræis *Miſchnah*, & *Mathnitha*, à Græcis δευτέρωσις vocari ſolet, ſicuti & *Miſnaioth* δευτερώσεις egregiè verſatus eſt. Sicq; *Thanaim* eos vocant Iudæi Magiſtros, Græci δευτερωτὰς, qui Zachariæ, Haggæi, & Malachiæ prophetarum vltimorum tempora ſubſequuti ſunt, vſq; ad Imperatoris Commodi medium pęnè imperium. Statuit enim Hebræa quam hic non examino, ſed CHRISTI Domini annis vtcumq;, παχυτέρᾳ, vt dici ſolet μούσῃ. applico; Chronologia Prophetarum illorum finem, & Thanæorum iſtorum principium in mundi anno 3404. iſtorumq; ſeriem vſque ad id tempus porrigit, quo quæ antea ore tradebatur, ſolâque memoria cuſtodiebatur, lex in litteras miſſa eſt, libroq;, qui *Miſchnah* vocatur; ab R. Hakkadoſch comprehenſa. Id autem factum tradit eadem Chronologia mundi anno 3948. qui in Dominicæ incarnationis annum 188. incidit. *A Moyſis Rabbenu, ſuper quem pax*; inquiunt apud Zacuthum Rabbini, *vſq; ad Rabbenu Hakkadoſch, non fuit ſcriptus liber vllus bethorah ſchebbahal p. h*, id eſt, *in lege*, ſeu *de lege quæ*

in ore

Finus l. 9. c. 1. & 2.

Machab. Har. p. 707.

Bereſc. Rab. c. 70. & 101.

Aruch. & Syr. f. 126.

Seder Zuta.

Rabad f. 60. Iuch. 45. 102. f. 159. b. 160.

in ore eſt. Et horum apud eundem generationes duodecim numerantur: ſed dupliciter, f.45.b.

1.	2.
1. Symeon Haththſaddik ſeu Iuſtus.	1. Idem.
2. Antigonus	2. Idem.
3. Ioſe filius Iohezeris.	3. Idem.
4. Ioſue f. Perachiæ.	4. Idem.
5. Simeon f. Satach.	5. Idem.
6. Schemaias.	6. Idem.
7. Hillel.	7. Idem.
8. Simeon f. Hillelis.	8. R. Ioannes f. Zachæi.
9. Rabban Gamaliel ſenior.	9. R. Eliezer.
10. Rabban Simeon f. Gamalielis in Hieroſ. excidio interemptus.	10. R. Hakiba.
11. Rabban Gamaliel f. Sime.	11. R. Simeon & R. Meir.
12. Rabban Simeon f. Gamal.	12. Rabbi Hakkadoſch. qui etiam dicitur R. Iuda Naſi.

Et has ille generationes cum *XII. Zodiaci*, quæ anno toto permeat Sol; ſignis confert.

Rabbi verò Abraham Dauidicus primò f.56.
generationes iſtas partitur in eas, quæ ante 58.
ſecũdi Hieroſolymitani templi excidium fu- 77.
erunt, & in eas, quæ poſt. deinde illas orditur ab Babylonico reditu, & Zorobabele: ipſasq; 60.b.
aliqua etiam cum ordinis mutatione, denas 77.
numerat: iſtas verò, quæ poſt excidium; quinas: & eas *Thanæorũ generationes* maximè appellat, quarum principia, & capita iſta ſint:

1. Rabban Gamaliel filius R. Simeonis in excidio interempti. cum tamen ſcri- 58.b. bat idem Abraham, poſt excidium ſuperſtitem manſiſſe R. Ioannem Zachæum, cui ſucceſſerit iſte Gamaliel.
2. Rabbi Hakiba.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

3. Rabban Simeon, filius Gamalielis iam iam nominati.

4. Rabbenu Iuda Naſi, ſeu Hakkadoſch

5. Rabbi Chanina.

Zacuth. f. 16. & 17. Eſt & in iſtis Thanæis notandum, eorum aliquando *Zogoth*, ſeu συζυγίας, & paria proferri, vt cum de aliquo aiunt, *Kibbel Mehazzogoth*, id eſt, Accepit ab ſyzygijs, ſeu, ab parium aliquo. Sunt autem *paria* hæc aliud nihil, quam vnum veluti iugum, ſeu binarius Rabbinorum duorum, quorum ante templi vaſtationem, in terra Iſraelitica, vnus diceretur *Naſi* ſeu Princeps: alter *Ab beth din*, id eſt, Pater iudicij, vel etiam *roſch haſſanhedrin*, id eſt, ſynedrij ſeu Concilij Princeps. Et ſunt quinq; paria hæc:

1	Ioſe filius Iohezeris, *Naſi*.	Ioſe f. Ioannis Hieroſolymita, Ab.
2.	Ioſ. f. Perachię, N.	Nithai Arbelites, A.
3.	Iuda f. Tabæi, N.	Simeon f. Satach, A.

licet de hiſçe duobus, vter *Naſi* fuerit inter ipſos rixa Iudæos ſit.

4.	Schemaias, N.	Abthalion, A.
5.	Hillel, N.	Schamai, A.

Iun. Acad, c. 2 Ab eadem verò, vnde iſti, Hebræa radice, ſi non verè, ſcitè tamen ac iucundè ἡ Ἀθήνη, doctaq; *Athenæ*, & *Athenæa* oriri traduntur.

CAPVT VIII.

De Amoræis.

THanæis ſucceſſere *Amoraim*, ſeu *Emoraim*,

im, qui ex eo nomen accepere, quòd *haiu omerim memeroth*, id eſt, pulchras quaſdam *Thiſ. Thana.* ſentẽtias ac orationes, cuiuſmodi *Chriæ* ſunt & *gnomæ*, loquerentur: χρειολόγοι, γνωμολόγοι, & χρηστομαθεῖς, prout de his noſter in Photium diſſerit And. Schottus. Horum generationes recenſentur ſeptem.

I. *Rab*, vel *Rabba*, & *Samuel*. Nam ille ita ſimpliciter vocatur, eiuſq; multa & benefacta, & diſcipuli referuntur. *Zach. 69. 70. 102. Theſ. Thana. Rabad. 59.*

II. *Rab Iuda*, *Rab Huna*.

III. *Rab Chaſda*, *Rab Ioſeph*, & *Rabbah*, qui *mons montium* dictus fuit, habuitq; diſcipulorum millia duodecim. *Rabad. 61. b.*

IV. *Abij*, & *Rabba*.

V. *Rab Nechman*, f. Iſaac, *Rab Papa*, *Rab Huna*, f. Ioſuæ.

VI *Rab Aſe*, qui quemadmodum Rabbi Hakkadoſch *Miſchnam*, ita ipſe *Gemaram* cę- *cap. 7.* pit cõſcribere: aliud ſcilicet volumen, ꝙ vt ipſius nominis docet interpretatio; cõſcriptæ iam Miſchnæ foret perfectio. Sed *cœpit*, vt dixi, tantũ. Licet. n. diutiſſimè vixerit, Suranęq; Academiæ de qua infrà; annos p̃ſederit LX. *cap. 30.* cœptum tamen perfectionis opus perficere nõ potuit. *Hechel*, inquiunt, *lichtob eth* חשׁמ. *Rabad. 62.* Iſtis enim litteris, q̃ valent *Schemha minnah*, id eſt, *Audi*, ſeu, *diſce ex illa*; Gemaram, in qua hæ crebrò *voces* denotant. Mortem verò Aſe hic obiit an. mundi 4187. CHRISTI Dn. 427. *Sc. de em. anno 4186.*

VII. *Merimar*, & *Mar* f. ipſius Rab Aſe, cum

Digitized by Google

ſociis, qui imperfectum illud cœptæ Gemaræ ſeu abſolutionis opus tandem abſoluerũt. Sicq; abſolutum fuit Iudaicum immane opus illud, quod è duabus hiſce partibus *Miſchna*, & *Gemara* cõſtat, paſſimq; *Thalmud* appellatur. De quo quia iterum infra ſeſe ſermo dabit; hoc dicam vnum modo; abſolutum & obſignatum fuiſſe mundi anno 4265. CHRISTI Dn. 505. anno ab inchoata Gemara ferè *anno 73. in Cabb. 62. b. & 64. b.* 80. ab mortuo eius inchoatore, auctoreque primo, LXXVIII. qui annus in *Seboræum* primum, de quo iam audiemus, incurrit. Nam Amoræorum iſtorum vltimus in Academia *ibid.* quidem Surana traditur *Rabbena*, qui poſt *In fine Ioſ. Cat.* *Marem* Aſæ filium, illius Rector ac præſes fuerat. Maſius tamen, neſcio quam certò; *Ann.* inquit, *Dn. 476. obijt RabSima filius Rabbæ, qui* (Sima) *fuit vltimus inter Emoraim.*

CAPVT IX.

De Seboræis.

Dan. 7. Gen. 48. S*Abar* valet in Daniele, Chaldæaque Paraphraſi cogitare ac opinari, eaq; propter *Iuchr. 20. 22. 23. 107. סל.* in Rabbinorum ore illud frequens, *Sabarthi*, vel *ſabur haiithi*, opinatus ſum, *ſebarim haiu* opinati ſunt, & *ſeboroth* opiniones. Qui Amoræis ergo ſucceſſere doctores, ideo fortaſſe dicti *Seboraim*, ꝙ nullas iam, quemadmodũ in Miſchna & Gemara *Thanæi*, & *Amoræi* ſanctiones ac decreta cõderent, ſed ſuas tantũ enun-

nunciarẽt opiniones, q̃ velut bonæ, legiq́; ac rationi cõſentaneæ putarẽtur. Nam *Sebarah*, inqt Elias, *eſt macheſchabah vedaath neconah*, id eſt, *cogitatio recta, probeq́ſtabilita*. imò etiã bella & pulchra. Nam & hoc interdum ſignificat in Chaldæo *ſabar*. niſi hos opinari quis malit inſtar illorum, qui apud Ethnicos philoſophi erant ἐφεκτικοὶ, & *Academici*. Eorũ generationes produntur quinque. *Thiſ.* *Gen. 31.* *Pſal. 4.* *Iuch. 117. b. 118.* *Cab. 64. 65.*

I. Rab Ioſe. *roſch rabbanan ſeborai*, inquit Rabad. id eſt, *caput ac princeps Seboræorum*. qui anno mundi 4274. CHRISTI Domini 514. mortuus. cum Rectoratus eius Academici anno XXIV. obſignata fuiſſet, de qua ſuperiori capite, Gemara.

II. Rab Achi, & Rab Simona. quorum ignorantur diſcipuli, quòd annos ferè L. ſiluerint Academiæ.

III. Rab Chanan, qui ab Rab Simonæ diſcipulis doctrinam hauſit.

IV. Rab Iſaac: cuius tempore cœpit *Iſmaelitarum* dominatus, & *Mahumetis* ſuperſtitio.

V. Mar Rabba, Mar Huna, Rab Scheſena, quem ſuſtulit mors anno mundi 4449. CHRISTI Domini 680. ſicq́; annos pæne 187. viguit hæc Seboræorum natio. quam vel ignorabat, vel oblitus erat Scaliger, cùm ſcripſit: *Illis, qui dicti ſunt Emuraim; ſucceſſerunt Haggeonim, Magnifici*. Nã poſt Seboræos, hi tandem extiterunt, *in Gen. R. Iſſana.* *lib. 7. de emen. p. 614.* *Rabad. l. c. & f. 77. Zacuth. f. 107. 120. & ſeq.*

 prout

Digitized by Google

prout cùm Rabbini, tum ipſa temporum oſtendit ratio.

CAPVT X.

De Geonim.

Trib.l.2.c.2. *Min.l.51.3.*

MEdium, vt à me dictum alibi; quod in bonam malamque partem ſumi queat; vocabulum eſt *Gaon:* & ſuperbiam ac ſuperbū, magnificentiā & magnificū ſignificat. Qui *Seboræos* ergo ſequuti ſunt Rabbini, ii à meliore nota dicti ſunt *Geonim*, prę́ſertim qui aliis cum dignitate præpoſiti: eorumque deſcribuntur generationes octo.

I. Rab Chanina Gaon, qui è vita exceſſit anno mundi 4457.

CHR. 697. *Min. l.4.c.1?.* *Iuch. f.118.b.* *Cabb. 66. & 77.b.l.2.ſc.9.*

II. Rab Iacob.

III. Rab Meri ſacerdos. in cuius generatione fuit Sadducæorum hæreſeos reſtaurator & amplificator Hanan ille, de quo actum alibi, rurſus agendum infrà.

IV. Rab Aba.

V. Rab Ioſeph.

VI. Rab Kimaui.

VII. Rab Aaron ſacerdos, & negotiator. qui nō doctrina & virtute, ſed opulentiâ potius & fauore ad Gaonatum aſcendit. cui cū Rab Serira ſucceſſiſſet, ſuumq; filiū Hai Gaonatu dignum cerneret, eum ei honorem ſponte ceſſit: & reſponſionum ad quęſtiones nonnullas ſcripſit commentariolum.

Iuch. à f. 107. ad 119. b.

VIII. Rab

VIII. Rab Haai, è ſtirpe, vt aiunt, Daui-
, *Magiſterq; tantus, vt ab ortu ſolis vſq; ad oc-*
um in eius lumine ambulare dicantur *omnes.*
doctorum iſtorum par ante nemo. in cuius ſi-
torio annulo, vt in Iudaica trib. vexillo quon-
inciſus erat Leo: mortuus an. mundi 4798:
ſuph haggeonim, i. e. clauſula & finis Geo-
iorum. licet adhuc poſtea per quandam,
videtur, ſimilitudinem, Babylone factus
on dicatur R. Ioſe, cum illuc ex Hiſpania
fectus fuiſſet poſt annum mundi 4898.
RISTI D. annum 1120.

Cab. 68. 69. 72. vbi mortuus R. Chanoch ante Hai ann. 23. non 13. ib. fol. 68. Scal. l. 3. Iſag. p. 324. CHR. 1038. non vt Genel. 1121.

Kab. 75.

CAPVT XI.

De Marbitſe thorah.

VOcantur *Marbitſe thorah, quibus in thalmud* ſeu *doctrina diſcipuli multi*, ait Elias. i ſępè miratum ſe ait, cur à *rabats*, quod pelis inſtar iacere, cubareq; ſignificat, *ducta nomenclatio ſit, cum loqui neſciant bruta anintes.* An Iudæorum lex iam bruta eſt? An i eius magiſtri ac diſcipuli, bruti iam & cuini? An poſt indigniſſimam CHRISTI i. necē, extremamq; Hieroſolymorū vaſtiem, miſera Iudæorū lex, infeliceſq; Rabi, ſua è terra extorres, exuleſq;, huc illuc, cudū inſtar, diſcurrūt, fugiunt, vagantur? rtę cùm in Hiſpanias ſummâ illa calamie acti fuiſſent, requiemq; in iis quęrerent, , obſoleſcentibus Orientis Academiis,

Thiſ.

docere

docere illic inciperent, viſi ſunt legi ſtabulū, ſtratumq́ue, in quo erratica & vaga nonnihil quieſceret, paraſſe: ideoq́ue, qui *legis*, vt ita vertere liceat, *ſtratores* vocarentur, digni Iudæis ipſis viſi. Et quiſquis docet, videtur in diſcentium animis doctrinam, tanquam in ſtrato aut cubili reponere molliter. In Hiſpaniis ergo maximè, circa CHRISTI Domini annum milleſimum, fuere iſti *marbitſe thorah*: & de ipſis crebra hæc elogii formula: *hirbits thorah*. id eſt, legem fecit recubare: vt R. Moſe, R. Chanoch, R. Samuel Leui, R. Iſaac. Idem tamen in alios etiam, alibiq; diuerſantes collatum quandoq; inuenimus elogium, vt in R. Hakkados, in Rab Haai, in R. Salomonē Iarchi, in R. Aſerem, in alios. Duobus verò prioribus, de quib. antea; in Oriente, duobus poſterioribus in Occidente, cum *Gallus* R. Salomo, *Germanus* R. Aſer eſſet; fuit vitæ tabernaculum. Et *Gallus* quidem ille, *Raſchi* aliàs vocitatus, mortuus eſt anno CHRISTI Domini 1108: *Germanus* verò iſte in Hiſpaniam profectus, anno Domini 1305. De ipſis verò *Chacme Thalmidim* agetur infrà commodiùs. Altera, quæ c. 6. poſita fuit, Rabbinorum diuiſio explicanda.

Thiſ. *Kabb. ſ. 72. 73. b. 75.* *Zac. f. 60. b. Kab. 68. b. Zac. 162. b. 163. b.* *inf. c. 23.* *Zac. ibid.* *c. 16.*

CAPVT XII.

De Maſorethis.

QVod Latinis eſt *tradere*, hoc Hebræis *maſar*. & ſicut in dextrā læuamq; partem

illud quandoque, ita & iſtud accipitur.
ı *traditor*, ſeu *proditor* eſt *Moſer*, & hæreti-
proditores, *Minin*, *vehem moſeroth*. In
ram verò partem, *Maſoreth* ſumitur du-
ter. 1. pro ipſa tradendi actione: 2. pro
ta re. Solent autem, vt alio etiam loco
Iudęi, dicere Moyſen ab Sinai, ſeu à Deo
onte Sinai, legem, non eam modo, quæ
ta, ſed etiam quæ non ſcripta eſſet, acce-
ipſamque Ioſuæ tradidiſſe, hunc ſenio-
, hos Iudicibus, hos Prophetis, hos viris
ıæ Synagogæ ac Thannæis, hos Amo-
ıc ita deinceps. ſicque tam poteſt latè
eth patere, quàm *miſchnah*, ſeu *thorah*
ıeh, id eſt, lex oris, quæ Græcis ὁ νόμ⊙
p⊙ eſt: à Iudæis tamē ad certum quod-
doctrinæ genus, quod velut à maiorib.
aditum, ſcripto poſtea tradiderūt qui-
oſteris; reſtringitur. & duo potiſſimū
net. 1. eam veteris Teſtamenti Hebrai-
ectionem, quam, quæ modo videmus,
ınt adiunctę diſtinctiones, accentus, &
a. Si enim purus putus, abſq; his, textus
iatur, alia ſæpe lectio, translatio, ac in-
tio exiſtit. prout qui ſacroſancta diui-
n literarum, vel à limine, vt aiunt, ſalu-
e adyta, perſpicuum omnibus. In pri-
ominis creatione vox quæ mulierem
icat, eſt *iſſchah*. quæ *poteſt*, ait S. Hiero-
s, *ſecundum varietatem accētus*, *aſſumptio*
gi, ſi videlicet quaſi ab *naſa*: id eſt, *tollo*,
&

Thiſ. *Trib. l. 2. c. 8. & 12.* *Inſtit. l. 1. tit. 2.* *Trad. Heb. in Gen.*

Digitized by Google

& *aſſumo*, legeretur *iſſah*. 2. continet nonnul-
las in Bibliaci textus margine notulas, quæ
hoc aut illud ſic lectum, ſic legēdum admo-
nent. Qui verò hanc in librum retulere do-
ctrinam, eamq́; velut myſteria ore olim tra-
dita, calamo aliis tradidere, ii *Bahele maſo-
reth*, ac *Maſorethæ* appellantur. de quibus cùm
alia, tum verò tria potiſſimum non immeri-
tò quæruntur. 1. *An*, quæ in Bibliis, Hebræis-
que aliis regnum hodie obtinent; *puncta &
accẽtus ab his primum excogitati & patefacti ſint?*
Triplex opinio eſt. *Prima*, hæc omnia Moyſi
vna cum lege à Deo tradita vult: *altera* verò,
ab Eſdra inuenta & monſtrata: *tertia* demum
à Maſorethis iſtis, quorum veluti principes
R. Nephthali, & R. Aſer; excogitata, & ad
nos vſq; transfuſa. Et priorũ quidem duarũ
auctores ſunt pauculi quidam Rabbini, qui-
prol. in Arcam. bus è recentioribus Marcus Marinus, & No-
in Gram. *in Dan. c. 9.* uatores Ant. Ceuallerius, Hugo Brughtho-
Oleaſt. Gen. 36 nus, Munſterus aſſentiuntur. Poſtremam
plurimi & præſtantiſſimi amplectuntur, o-
ptimiſq́; argumentis conſtabiliunt in Eliana
ipſius hammaſoreth præfatione Rabbini, qui-
bus Chriſtiani ſubſcribunt, libenter ac meri-
I. de accent. *Inſt. Syriac.* tò, doctiſſimi & ſpectatiſſimi, vt Hierony-
in Pſal. 104. mus Vallenſis, Caninius, Genebrardus, Ga-
Iob. 1. c. 8. latinus, Bellarminus, alii: è Nouatoribus,
in Gram. præter alios; etiam Scaliger, dum ait: *Apices
vocales eſt inuentum nouitium Maſoritarum.*
Non tamen hæc vera ſentit ſententia, non
fuiſſe

e in Hebraici textus pronunciatione ac
 vocales: ſed tantùm, eas non fuiſſe ho-
nis hiſce ſignis notatas: & ſigna hæc eo,
nunc apponuntur loco & modo; à Ma-
his eorũ inuentorib. appoſita. II. *Quan-*
i fuere Maſorethæ? Poſt abſolutum Thalmud, *præfat. Maſo-reth.*
it Elias. id eſt, ſub annum CHRISTI
nini quingenteſimũ, vt ex c. 8. & 9. col-
ır. ita vt è Seboræis Rabbinis ferè hi fu-
Maſorethæ: & quod R. Akiba dixit, *c. 3. Pirk.*
eth eſſe legis ſepem, non de *maſoreth* iſta
ctiùs accepta, intelligendum ſit. Nam
quam naſceretur hæc, denatus iam erat
prà c. 7. ac idcirco non à *maſar*, ſed ab
quod eſt ligare ac vincire, *maſoreth* ma-
quidam arceſſere, quaſi ea legis vincu-
r. & hinc refelluntur, qui eam CHRI-
Domini tempore, ac etiam ante Maſa- *c. de transl. in*
uiſſe aſſerunt, vt Marinus. III. *Vbinam* *præf. Arca.*
n iſtam Maſoreth conuenere, ipſamq; litte-
ıdauere doctores hi? Reſpondet Munſte- *Prol. in V. T.*
Mœſiæ Tiberiade; Wouerus, *in Paphla-* *Polymath. c. 18.*
Mœſia. Sed vbi locorum, loca hæc? Re- *Theſ. Tiberia.*
Elias; *in Tiberiade* non ignota, ex Euan- *Ioan. 6. & 21.*
& Ioſepho, Galilææ vrbe. Nam & iſta *lib. 18. c. 3. & in vita.*
ogas complures, archea, & bibliothe-
nnis etiam poſt CHRISTVM Dominũ,
Epiphanio intelligitur; pluribus ha- *hæreſ. 30.*
nterdumq̃ue ipſum *Sanhedrin* concili- *fol. 53. 21. b.*
indicat Zacuthus.

CAP. XIII. *De Kabbalicis.*

Quem-

QVēadmodū valet *maſar* tradere, ita *kibbel* accipere. ita vt correlatiua quodammodo ſint, *maſoreth* & *kabbala*, traditio & acceptio & quemadmodū *Maſoreth* non ipſam duntaxat traditionē, ſed traditam etiam rem doctrinamq; ſignificat: ita & *kabbala* non acceptionem ſolùm, ſed acceptam quoq; rem & doctrinam. Et erat quidem antiquitus res ac doctrina eadem, quę diuerſo reſpectu, vocabulorum iſtorum alterutro notabatur; *Finus l.9.c.3. & 4.* poſtea tamen arctauit vſus ipſe *kabbalam* ad arcanam quandam rerum, vocum, ac litterarum diſciplinam. de cuius aut approbatione aut vituperatione diſſerui lib. 1. *de Ioſue* q. *Thi.* 2. pluſculū. *In libris* Kabbalæ, inquit Elias, *habentur legis & Prophetarum ſecreta, quæ accepit vir vſque ad Moſen Rabbenu ſuper quem pax; atq; inde kabbala nuncupatur. Diuiditur autem in duas partes, hijunith vmaheſith, Theoreticam & Practicam. Et ego quidem non ſum dignus, vt eius negocium explicem. Propter mea enim peccata nō didici ſapientiam iſtam: & ſcientiam ſanctorum iſtorum non noui nec intelligo. Qui autem nouit ac intelligit, babal kabbalah eſt, vel vno verbo kabbelan, & Mekubbal.* Sed generatim poſteriores omnes Rabbini, qui à prioribus in le- *Iuch.17.20.* ge, inſtitutiſque ſuis eruditi ſunt, *Mekubbalim* appellantur, quorum ſeriem quia contra Sadducæos contexit ad ſua vſque tempora R. Abraham filius Dauid Hiſpanus, ideo librum ſuum *kabbalam* inſcripſit, eumque ad mundi

Digitized by Google

i annum 4909. id eſt, CHRISTI Do- *Rabad atah Maſ. in fine Ioſ. ad annum 1160.*
nnum 1150. profert. Tunc enim Rab-
e filium Tſaddik, Iudicem Hiſpanien-
udæorum, Poetamq; magnum è vita *f. 75. b.*
ſſe ſcribit. Ridiculè verò Luthericus
rus, *Sibyllas* aliud eſſe nihil exiſtimat, *Dict. pag. 715.*
Cabbalam. vt *Sibylla Cabylla* ſit. Cal-
ius verò Pleſſæus; Magiam apud Pli- *lib. de verit. religi. c. 26.*
lib. 30. c. 1. *à Moyſe* ortã dici & *Chabala*.

CAPVT XIV.

De Thalmudicis.

Ialmud aut generatim *doctrina* eſt, aut
peciatim *certum doctrinæ genus*, quod
ibuſdam voluminibus, quæ & ipſa id-
Thalmud vocantur, comprehenſum ha-
udęi. Poſſunt autem *Thalmudici* cenſe- *Iuch. 22. & 24*
qui in hiſce libris memorantur, vt cum
es Miſnæ nominantur; vel qui eos didi-
t, in iiſq; verſati & exercitati ſunt. ſicq;
thalmud, & *chacme thalmud* appellan-
is autem libris, qui multi valdè ac va-
t, continentur omnia pænè Iudæorum
ta, ritus, ac leges. eoſq; idcirco quidã,
n *Ius* tam ciuile quàm canonicũ, *Do-
e*, vel *Pandectas* & *Digeſta* indigitant. In-
ndum tamen eadem thalmudis voce
ndo vnam duntaxat librorum partem
cari, aliquando ipſum opus totũ. Par-
ò eius duæ ſunt *Miſnah*, de qua capite *Thiſ.*
emara, de qua c. 8. & vtraq; iſto inter-
omine intelligitur: *Miſna* quidẽ, cum

à Rabbinis dicitur: *Non diſcunt helacah ex ore Thalmud*: *Gemara* verò ſæpius tam in Thargum, quàm alibi, vt cum ait Zacuth. *Multi ſapientes magni in Miſchnah & Thalmud*: cum Rabad. *Emebat & dabat R. Samuel Leuita Hiſpanienſis egentioribus diſcipulis Codices Miſnæ atq; Thalmudis*. &: *ſententia eſt ſapientum Miſnæ & Thalmudis*. Totus verò *Thalmud* duplex eſt, *Babylonius*, & *Hieroſolymitanus*. Ille quoad priorem ſui partem, Miſnam videlicet, ab R. Hakkados cœptus eſt: quoad poſteriorem verò, *Gemaram* nimirum, partim ab R. Aſe, partim ab eum ſecutis Rabbinis, Mare ipſius filio, Merimare, Rabbena, & aliis in Babylonico gymnaſio; Babylonicaq; ſeu Chaldæa phraſi abſolutus, prout planum antea factũ c. 7. & 8. *Hieroſolymitanus* verò totus & inceptus & abſolutus ab Rabbi quodam Ioanne; & quidem medio quaſi tempore inter Babylonici Thalmudis Miſnam & Gemaram. cùm, annis ferè 200. poſt Hieroſolymitani templi euerſionem, id eſt, poſt Babylonicam Miſnam annis pænè 80, ei tradatur finis impoſitus. *Hieroſolymitanus* verò vocatur, non quòd Hieroſolymę, vel, vt quidam loquitur, *in Hieroſolymitanæ vrbis ruinis* ſcriptus ſit; ſed partim, quòd in Academia, non Babylonica, ſed Iſraelitica, cui Rabbinus ille Iochanan totos præfuit annos 80. conflatus ſit: partim quòd linguâ exaratus Hieroſolymitanâ, quæ illis temporibus erat inquinatiſſima. vtpote *quæ*, vt ait Elias, *è variarum gentium, quæ Iudæ-*

Cant. & Prou. 15. f. 163.
f. 73. b.
78.
Iuch. 22. b. 160. b.
Rabad. 61.
Poſtel. l. 3. de Conc. n. 12. Godef. in nouel. 146. Six. Sen. l. 1. Bib.
praf. Methurg. Caninius praf. Inſtit. l. 5.

s hactenus domuiſſent, & attriuiſſent; *Babylo-* *iorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum* Kab. 62. *onfuſis, permiſtisq́ idiomatib. conſtaret.* ideoq; & ferè alterum ſolum terunt ac norũt Iudæi Babylonium. qui altero etiam nõ paulò mior eſt. Et Babylonici quidem ſummæ veluti partes quæ *ſedarim* ſeu *ordines* dicuntur, ſunt x. I. *Zerahim*, id eſt, ſeminum ordo. II. *Mo-d*, celebritatis, faſtorũue ordo. III., *Naſchim* eminarũ ordo. IV. *Nezikim*, damnorũ or-o. V. *Kedaſchim*, rerum conſecratarum or-. VI. *Teharoth.* purificationum ordo. Ha-m verò partium quælibet diuiditur in *ſſachthoth* ſeu diſpoſitiones, vel tractatus. quælibet rurſum *Maſſeceth* ſeu tractatus in *akim*, ſeu capita. verbi cauſa. *Seder* 1. habet ctatus XI. & horum tractatuum primus ita X. ſicq; deinceps, prout vel in Opere), vel in Præceptorum aientium explica-ibus Rabbi Iſaac Satiin, & in aliis pro- *Sixt. l. 2. bibl.* itur. *Hieroſolymitani* vel Thalmudis *Syroch.* 141. & 121. *rim* ſeu ordines, primi quinque tan- *Maſ. in Ioſ.* modo ſunt, vt ait Rabad. Sed quem-odum queritur, ſibi in altero etiam *f.* 61 lmude partes quaſdam defuiſſe, Za- *f.* 22. *b.* us: ita in eo volumine, quod Vene-vti quidem meminiſſe poſſum; edi-vidi, erant ſolum quatuor, hoc modo. *lera dzeraim.* II. *Ieſchuboth.* III. *Naſchim.* *Mohed.* Scripſit etiam in Hiſpania ſub di an. 4860. CHRISTI Dn. 1100. R. Iſaac

Rabad. 76. filius Iacob filii Alpheſi, paruum quaſi Thalmudẽ: ſed *helacoth* vocatas. Et in magno illo ac vero Thalmude, ſunt Rabbi Barkaphræ
60. b. *additiones*, quas ante Gemarã ad Miſnã addi-
c. 11. derat: ſunt & *Peruſchim* ſeu Cõmentarii eius, qui ante nominatus eſt, *Raſchi* & aliorũ. Sed de hac ipſa Thalmudica congerie dicendum
c. 33. adhuc erit infrà nonnihil, vt quæ ipſius ſit auctoritas, liqueat. Eſſe autẽ Hebraicâ lin-
ep. de Iud. guâ purâ Thalmudem apud Iudæos clauſos, fabulatur Eldad Danius.

CAPVT XV.

De Medakdekim.

QVicunq; in aliquo diſciplinarum genere immorãtur accuratiùs, omniaq; minutiùs ac ſubtiliùs exquirunt, vocari equidẽ queant *Medakdekim*. Eſt enim *dakak* contundere, comminuere, attenuare, Exod. 32. 19. Deut. 9. 21: & *dak* minutus ac tenuis dicitur Exod. 16. 14, *dok* verò tela ſubtiliſſima Iſa. 40. 20. Et hinc *dikduke thorah* ſunt ſubtilitates le-
Thiſ. gis: *hammedakdek bemitſuoth*, qui in mandatis
Zac. 104. 108. accuratus eſt, nihilque omninò, etiam quod tenuiſſimum videatur, prætermittit. Impetrauit tamen vſus, vt *Medakdekim* vocarentur maximè Grammatici, qui declinationes, cõiugationes, litteras, & puncta omnia expendunt & examinant penſitatiùs: Grammatica verò,

verò, *Dikduk.* Vnde Methurgemanicus Pro-
logus: *Ribbi*, ait, *Iuda, primus hammedakdek*, ſeu
*Grammaticus: ante quem non fuit omnino Dik-
duk linguæ ſanctæ. Et quia inuenit is Vetus Teſta-
mentum punctis atq; accentibus affectum & cor-
rectum, cœpit ſaluare Iſraelem. Et poſt eum fuit
Ribbi Ionah: poſt hunc Ribbi Saadias haggaon, cu-
ius memoria in benedictione: poſt eos verò Gram-
matici abſq; numero alii.* quos inter celebran-
tur à Iudæis maximè Kamii tres: quorũ duo, — ***Saluator Grammaticus.***
fratres, R. Moſes Kimchi, & R. Dauid Kim- — קִמְחִי
chi: tertius, eorum pater, R. Ioſeph Kimchi,
quibus non immeritò additur citatus non
rò Elias Germanus: qui non in Germania,
ntùm, ſed Venetiis etiam ac Romæ, com-
ures, etiam licet valdè oblatrarent Iudæi;
hriſtianos, docuit, plurimaq; ſcripſit Grã-
atica iam inde ab ſuperioris ſæculi anno
è decimoſeptimo. Nam ſe ad *habbachur* li- — *Præf. Hachare, & Habb.*
um ſecundum ait excitatum anno mundi — *An. D. 1517.*
7: & antequam Roma caperetur, cœpiſſe — *An. 1527. præf. Meth.*
dem litteris aliqua, quæ perierunt, man-
e. Quod verò de Grammaticorum He-
eorum primo *Ribbi Iuda* dixit, accipiendũ
Grammatices ea ratione, quæ in punctis,
ccentibus hodiernis occupatur, prout ex
uncta Maſoretharum mẽtione perſpicu-
. Hæc enim eorum inuenta ſunt, vt antea
oſitum. Erant alioqui, ſuperiorib. etiam — *cap. 12.*
nporibus, ipſius haddikduk periti non-
li, vt *R. Ioſeph cæcus*, de quo ſequen. capite: — *Iuch. 54. c. 8.*

Digitized by Google

Amoræi, de quibus ſuprà; Scribæ ſeu γραμματεῖς, de quib. antea ex S. Epiphanio: Moy-
a.s. ſes ipſe, vt ex Eupolemo refert Stromate. 1.
Clemens.

CAPVT XVI.

De Methargemim.

THargum, *thirgema*, & *thurgama* eſt interpretatio, explanatiùs paraphraſis: *thargē* verò *interpretari* & *explanare*. Vnde *thurgemana*, *Methargē*, *Methurgeman* & hodie apud Arabes & Turcas, *Dargoman*, eſt interpres, explanator, & paraphraſtes, vel metaphraſtes. Speciatim tamen cōmuni iam vſu receptū, vt pro veteris Teſtamenti explanatione ac Paraphraſi à Rabbinis quibuſdam elaboratâ, *Thargum* dicatur: illi ipſi Rabbini, *Methargemim*: qui horum verò voces explicat, Eliæ liber, *Methurgeman*. Huiuſcemodi porro *Thargum* quotuplex ſummatim ſit, conſtitui poteſt tripliciter. 1. ſi quæ ſcripturarum diuinarum exponantur partes, conſideremus. Quemadmodum enim illæ in Veteri Teſtamento tres à Rabbinis ponuntur, *Pentateuthus*, *Prophetæ*, *Hagiographa*: ſic etiam Thargumim tres ſunt, in Pentateuchum ſcilicet, in Prophetas, in Hagiographa. 2. ſi, quo expoſitio fuit, ſtylum ac phraſin expendamus.
c.16. Quemadmodum enim, ob elocutionis

ionis etiam genus ac idioma, duplicem
ſſe Thalmudem audiimus antea, ita &
unc duplex *Thargum* eſt, *Babylonius* & *Hie-
oſolymitanus*. 3. ſi ipſos intueamur Me-
argemim, ea plurium fert calculos ſen-
ntia, quæ triplicem Thargum pronun-
at: Thargum ſcilicet *Onkeli*, Thargum
nathæ VZielis filij, Thargum *R. Ioſeph cæci*.
ed è ſequentibus id percipiendum. Quia
im de paraphraſibus, Thargumiſque i-
s creber in ſcripturarum commentatio-
bus, & pænè in omnibus aduerſus Iu-
os diſputationibus incurrit ſermo, ad
nnullas reſpondebo quàm breuiſſimè in-
rogatiunculas. I. *Quis Onkelus?* Re-
ondent Hebræi, fuiſſe *ger* ſeu Proſely- *Iuch. 52.54. 159.b.*
n: filium ſororis Titi Imperatoris: di-
ulum R. Eliezeris, & R. Ioſuæ, Tha-
orum. Eum verò diſtinguunt aliqui
Aquila: eundem faciunt alii. Ad prio-
illos ſpectat Elias, cui vocatur vnus
kelos, alter *Hakkilas*, & *Hakkilos*. Ad *præf. Meth. Thiſ. patzam.*
teriores ego. ſed ita vt mihi duces præ-
it ratio & auctoritas. Nam 1. vtriuſ-
tempora eadem ſunt, & *nomina*. Nam
legitur *Onkelos*, legi poteſt in Hebræa
ione, *Ankelos*, qui Græcè ἀκύλας. Illud
interpoſitum *n* accipi poteſt, vt cùm
Epiphanio ſcribitur Ανδειανὸς pro A-
nus. Proſelytus vterque: ſcriptor v-
que non incelebris. & tamen de On-

kelo ferè ſemper in Rabbinorum ſuorum Catalogis Iudæi: de Aquila verò aut nihil vt Zacuthus & Rabad:aut certè perparum. 2. Eundem ſignificat Bereſchith Rabbah. (cuius auctor,proximo poſt iſtos ſæculo,ſcripſit,*anno CHRISTI circiter*,inquit, Maſius,*ter centeſimo*) R.Simeon Ioachimi F. in *Ialkut*,aliiq; Rabbini. è Chriſtianis verò Bellarminus lib.2. de verbo c.3. & Caroli V. ad Turcicum Sultanum Legatus Gerard. Veltwycus,qui in ſuo lib. *Sebile tohu* ita ſcribit: *Qui vocatur in Thalmude Onkelos ſiue Ankelos proſelytus:in Geneſi magno & in Ialcutin appellatur Aquila.* Et videtur eadem Patrum vetuſtiorum ſententia,qui Aquilæ meminerunt, alterius diſtincti Onkeli nunquã, vt S.Hieron.D.Ambroſ.S.Epipha.alii. 4.Nec officit aliqua,quæ in his Aquilis vel Onkelis obiici poſſet diuerſitas. nimirum *Aquilam* dici quidem proſelyton,ſed non *ex Titi ſorore*: *diſcipulumq;* à D.Hieronymo non Eliezeris, aut Ioſuæ dictũ,ſed *Akibæ*.Nã & illud de Titi ſororeRabbinicum fabulamentũ videtur,& ſi verũ eſſet,nihil cauſæ eſſet,cur Aquilæ tribui ſimiliter non poſſet. *Akibæ* verò diſcipulum fuiſſe non affirmat S.Hieronymus,ſed à quibuſdam ait autumari. Et verò cum R. Eliezeri ſucceſſerit proxime R.Akiba,vt in Thanæorum generationibus viſum ſuprà; nonne tam huius quam illius, aut aliorum, qui eodem æuo fuere Magiſtri; auditor

Rabad. 61.b. — *in fine Ioſ.* — *in Iſa. 8. & alibi D.Ambroſ. de par. c. 5. S.Epih.de menſ.* — *Iſ. 8.* — *0.1.*

auditor eſſe potuit? Sed quæri demum poteſt, *an idem Aquila ſit, à quo Græca veteris Teſtamenti translatio*, Imperatoris Adriani tempore, vti Sanctus refert Epiphanius; *concinnata?* Omnino idem videtur, cum iiſdem illis temporibus Aquilas duos recenſeat nemo vnus. Si dicas; fuiſſe *Aquilam Ponticum, Onkelum* verò Titi è ſorore nepotem, *Romanum*, iam hoc quidem negatum: ſi tamen fuiſſet illius nepos, an ideo Ponticus eſſe non poſſet? Certè huc trahere poſſet aliquis S. Epiphanium, dum ſcribit, Hieroſolymorum reædificationi, ob quam illis *Æliæ* poſtea nomen fuit; præfeciſſe Aquilam iſtum ἕλληνα ὄντα, καὶ αὐτοῦ (Sic enim legi poſſe non αὐτῷ mõſtrāt, quæ ſequuntur, ὁρμώμενον, & αὐτὸν, non ὁρμωμένους & αὐτοὺς) πενθερείδην· ἀπὸ Σινώπης δὲ τοῦ Πόντου ὁρμώμενον. Quinetiam Iudæorũ narrationem, velut metaphoricam aut allegoricam, cuius illis quandoque ad ſua vel tegenda vel amplificanda; vſus; liceret intelligere hoc modo. Solent illi per *Titum* libenter ſignificare Gentilem ſuperſtitionem, & *per ipſius* fortè *ſororem* ſignificant hic Chriſtianam religionem. Aquila verò fuit primò *Gentilis*, & vt ait Iuſtinianus, ἀλλόφυλος: deinde *Chriſtianus*, tandem, ab Eccleſia, propter impiæ Aſtronomię ſtudium nimium, eiectus cum fuiſſet; Iudæus factus eſt, prout indicato loco indicat S. Epiphanius. E Titi ergo ſtirpe, illiuſq; ſorore Proſelytus fuit Aquila,

l. de pond.

In Thalmud affinem quoq; Adriani Aquilam dici fatetur Scaliger Anim. p. 195.

Nouel. 146.

ſeu Onkelus: qui poſt fœdam illam ſuam defectionem ſeu apoſtaſiam, vetus Teſtamentum Græcè conuertit, Chaldæaq;, vt paulo poſt, dicetur; Paraphraſi expoſuit.

Iuch. 19. 54. 67. 159. Rabad. f. 58. II. *Quis Ionathan?* Filius fuit Hutzielis: diſcipulus Hillelis Thanæi: & quidem ex omnibus, quos longè præſtantiſſimos habuiſſe ſcribitur LXXX. longè præſtantiſſimus. Quanta verò ea præſtantia fuerit, è duobus volunt intelligi. 1, quod ex LXXX. illis diſcipulis fuerint digni XXX. ſuper quos deſcenderet diuinitas, quemadmodũ ſup Moyſen: XXX. verò propter quos, vti propter Ioſue, ſtaret Sol: XX. alij mediocres. Si hi omnes tanti, eorum primus ac ſummus, quantus? 2. quod ad eum ipſe Samai, Hillelis ipſius Syzygus & compar, ad hunc interdum venire dignaretur. Vnde ſatis liquet, 1. non eum accepiſſe doctrinam immediatè ab Zacharia, vatibusque alijs, vt in Iuchaſin eſt. 2. non eſſe Vzielis illius filium, cuius & pater *Ben Sira*; & filius, *Ioſephi ille*, qui à quibuſdam Eccleſiaſtici Græcus Interpres conijcitur: cuiuſque nomine libro cuidam *Miſchnath Abraham Abinu*, & *Ioſeph* F. *Huzielis*, datur titulus. Nam temporum aduerſatur intercapedo: ſi quidem tanta, quantam volunt, nonnulli BenSiræ vetuſtas eſt. Hunc vero Ionathanem ait Sixtus libr. 4. annis, ante CHRISTI Domini ortum fuiſſe XXI. Genebrardus annis XXVIII. At illud duntaxat

[Margin notes: Iuch. 19. 67. — ib. 54. — præf. Dr. in Ad. — Lib. 4. Bibl. in Syra edit. — Lib. de Christo.]

cer-

ertũ, ſi ante CHRISTVM Dn. fuit, fuiſſe non
ıulto ante: ſed potius CHRISTI Domini
:mpore, ac fortaſſis etiam poſt. cum ex illis
XXX. diſcipulis videamus alios aliquot nõ
)ſt CHRISTVM modo: ſed & poſt Hieroſo- *Rabad 58. b.*
morum euerſionem ſuperfuiſſe, vt R. Io-
anan Zachæi filiũ. De voce, quæ ad ipſum *Iuch. 54.*
ıinitus facta ſcribitur; paulo poſt. *Meth. præf.*

III. *Quis Rab Ioſeph cæcus?* Iacet hic pænè *Iuch. 53. b. & 54.*
:enebris. Valde tamen haddikduk peri-
n ſcribunt, eruditioneq; tanta excellen- *Rabad 61.*
ı, vt *ſaggi nehor* id eſt, *lumine multus*, appel-
ıs ſit. Eum an. ferè CHRISTI Dn. 400. ſeu *Senenſ. l. 4. Catal.*
t Hieroſolymorũ excidium, annis ferme
ı. floruiſſe notat in Octaplo ſuo Nebiẽſis.

V. *Quis ab horum quolibet ſcriptus Thar-?* Ab Onkelo ſcriptus eſt Babylonicus
tateuchi Thargũ: ad Ionathan, Prophe- *Bereſ. R. & Gemara de Ioſeph.*
m, ab Ioſeph cæco, Hagiographorum.

'. *Hieroſolymitani Thargum auctor, & tẽ-uod?* Vtrumq; ignorari ait Methurgema-
præfatio. Ex ijs verò, qui ab Onkelo A- *præf. in Arc.*
ım diſtinguunt, huius, apud Marinum;
ıt quidam auctorem Aquilam. Sed ne-
j rationem vllam afferunt, neque antea
ıobis probarũt. Tempus tamen vel pau-
te, vel paulo poſt abſolutum Thalmu-
conijcit citata illa præfatio.

:. *In quos libros Hieroſolymitanus idẽ Thar-ſt?* Eſt in *haccethubim* ſeu hagiographa:
ȷ; in Pẽtateuchum, vt aſſerũt Genebrar- *lib. de Chriſt. pacis citatis.*
dus,

אמת. dus & Marinus, & quodãmodo Elias. Dubitat enim an idem Thargum ſit, ac idcirco aliter & aliter eum citat.

VII. *An in Pentateuchum, nullam ſcripſit Paraphraſin Ionathan?* Relinquit hoc in medio Druſius. Scripſiſſe tamen aiunt Recanatenſis R. Manahen, Paulus Burgenſis, Senenſis, Marinus. Sed ſi verum, quod ſcribit Recanatenſis, *mirandum profectò*, inquit Elias, *quomodo tam breui tempore periiſſet, neque inueniri iam poſſet Thargum ille.* A mendacio tamen hunc vendicat, quæ Thargum illud edidit, Italia: ipſeq; Marinus dicens, *ſe tres Pentateuchi Thargumim, Hieroſolymitanum, Onkelinum, & Ionathæum voluiſſe ſimul edere: ſed occupatior cum eſſet, præuerſum ab aliis.* Et hinc illa expeditur, è qua exitum non inuenit Elias, quæſtio: *Cur in Pentateuchum mutus fuerit Ionathan?*

præf. in Merc. Tab. Ex. 14. & alib. Geneſ. 4. lib. 4. Bib. præf. Are. Citat Thiſ. v. bakai Haruch. ſæpe vt pedag. Meth.

VIII. *An & Pentateuchum paraphraſticôs expoſuit Cæcus?* Dixere aliqui. Sed negat Elias, quia neq; inuenitur, neq; à quoquam citatur: ne à Gemara quidem, quę citare ipſum alioqui ſolet.

pr. Meth.

IX. *In quos & quot Prophetas Thargum ſuum edidit Ionathan?* Reſpondet Bellarminus; in priores ac poſteriores Prophetas. Elias verò in VIII. duntaxat Prophetas. Nulla inter hos tamen diſſenſio. Prophetas namque omnes ad octonarium reuocãt numerum Iudæi. Primus enim ab iis dicitur Ioſue: 2. Iudi-

l. 2. de ver. c. 3.

ces:

es:3.Libri Regum: 4.Iſaias: 5.Ieremias: 6.E-
echiel: 7.Daniel: 8. Thereſar, ſeu δωδεκαπρόφ-
ηῖ©-, id eſt, minores Prophetæ XII. D. Hie-
nymus, *In tres, ait, partes omnis ab Hebræis* praſ. in Dan.
iptura diuiditur: in Legem, in Prophetas, & in
giographa, id eſt, in V. & VIII. & IX. libros. pr. Meth.
X. *An & Cæci paraphraſis in Prophetas fuit*
qua? Citari aliqua videtur in Gemara. Sed
:at iam nulla.
XI. *An aliqua in eoſdem etiam Onk·li Para-*
aſis? Citatur aliqua in Prouerb. 18. Ezech.
Iſa. 3. à Bereſchith Rabbah. Sed quia, vt
liimus: diuerſos Onkelum & Aquilam
ır Elias; hanc non illi, ſed huic aſcribit. ib.
XII. *Cur aliquo Hagiographa Thargum di-*
tus non eſt Ionathan? Vetitum aiunt Iudæ- Elias.
m quidam voce diuinitus ad eum miſſa,
: tale quidpiam meditanti ac volenti di-
Non tibi ſatis eſt, Prophetarum omnium reue- Meth. praſ.
arcana? & vis adhuc arcana reuelare Spiritus
i? Per hunc enim, Iudæis illa exprimen-
os. Sed ſanè diuina iſta vox, quam illi Iuch. f. 14. 19.
kol vocant, iis valde frequenter cum li- b. 20. b. 23. 47
ſubitus è machina DEVS eſt, & poſt a. b. 50. 52. 55.
ISTI Domini Aſcenſionem Chriſtianis b. 56. b.
ibus meritò ſuſpectiſſima. & quidem
c ipſa quæſtione, duas etiam ob cauſas.
eſt, quia hanc aliter, &, ob finem alium,
m referunt Rabbinorum alij: R. Abra- in Peruſch. c.
F. Dauid, & ex eo R. Abraham Zacuth 59. Iſa. v. 20.
uiſnam iſte qui legis myſteria filiis Adam re- f. 54.
uelat?

Digitized by Google

uelat: mippene ſcheieſch bo kets Maſchiach? qui in eo(Dauide,aut libro, ac verſu)*finis eſt Meſsias*.Iacobus verò Epiſcopus Chriſtopolitanus
in Pſal.20. refert, Ionathanem iſtum cum paraphraſi pſalmi ſecundi verſum hunc:*Dixit Dominus ad me:filius meus es tu*,&c.illuſtraret; ſcripſiſſe
Sen.l.4.in Syro. hoc modo:*Duo hi, Pater & filius, tres ſunt in vna tertia perſona, nimirum Spiritu ſancto: & hi tres vnum ſunt, vna inquam ſubſtantia vna eſſentia, & vnus Deus. Tum vero allapſam ad eum vocem cœlitus: Quis eſt iſte, qui audet gentibus ſecreta mea reuelare? Illum vero reſpondiſſe: Ego Domine ob reuerentiam & gloriam nominis tui tẽtare auſus fui.* 2.quia idem Iacobus,totũ vetus Teſtamentũ Paraphraſib.ab illo narrat explanatũ:
f.14. & de Iob, Prouerbijs, alijsq; pæne omnibus hagiographis confitetur Zacuthus, niſi q̃,ne in Pſalmorum Thargum pergeret, diuino, vt iam dixi, oraculo admonitum ſcribit.

XII. *An ſuperſunt hi omnes Thargumim?* Negant omnes, & ſe in Eſdram, Danielem & Paralipomena nullum, in hagiographa cætera
ibid. Thargum vidiſſe narrat Zacuth⁹:alioſq; plu-
voce Patzam. res fuiſſe probare conatur in Thisbi Elias.

XIII. *An qui ſuperſunt, integri omnes ac ſynceri?* Illuſtriſſimus, Reuerendiſſimus, ac de
praf. in Complut. Edit. litteris diuinis meritus optime Cardin.Franciſcus Ximenius, ſolum Pentateuchi Thargũ veritati Hebraicæ fideliter cõgruere reſpondet:in alijs v.diuinis voluminib.corruptum, multiſq; fabulis & Thalmudiſtarum nugis con-

onſperſum. At Cardinalis alter, Bellarmin⁹, ũ illo magnisq; alijs non immeritò comparandus, illũ etiam ipſum Pentateuchi Thargum minimè integrũ ac incorruptũ eſſe, pluib. manifeſtum facit exemplis: ad quę vnum ddo in illo, de quo interrogatiuncula 7. Ioathęo Thargum. Meminit is Num. 24. *Conantinopoleos*. At nulla, dũ viueret Ionathan, rat *Conſtantinopolis*, nullus, qui hoc ſuũ vrbi li dediſſet nomen, Conſtantinus. An non gitur Thargum ille vel nothus, vel deprauaus? Et ſanè argumenta quib. plures Thargunim, q̃ enumerati ſint, probare, vt interrog. 2. dicebam; nititur Elias, vel illud ipſum, vel oc certè ꝓbant potius, eos, qui modo ſunt Thargumim, non vſquequaque puros, interos, ac intaminatos eſſe. At interrogatiunularum iam ſatis. *l. 2. de verb. c. 5*

CAPVT XVII.

De Archiperecitis.

IVſtinianus Imperator, dum Iudæos poſſe ſuis in ſynagogis Biblia non Hebraico tanum, ſed Græco etiam, Latino, alioue idiomate, ſi quidem velint; legere ſancit, adiunit: *Neq; licentiam habebunt hi, qui ab eis maiores omnib. Archiperecitæ aut presbyteri forſitan vel Magiſtri appellantur, per inoeis aliquibus aut anathematiſmis hoc prohibere.* Ac Preſbyteros quidem eſſe *Zekenim*, & Magiſtros *Rabboth*, de quibus ambobus dictum antea ſatis *Nouel. 146.* *cap. 3 & 5.*

con-

conſtat: *Archiperecitæ* verò, ſeu, vt in Græco
eſt, ἀρχιφερεκίται qui? Vox eſt hybrida, origi-
nem è Græca ſcilicet Hebræa gente ducens.
Sciendum verò *perakim* apud Hebræos ſi-
gnificare duo potiſſimum, I. *librorum* τμήμα-
τα ſeu *ſectiones*, quas nos Latine *capita* vel *ca-
pitula*, Græci & ex ijs, in Teſtamento nouo
fere Syri κεφάλαια nominant, 2. *temporum par-
tes*. vt cum aiunt, *peſtem in quatuor ſæuire pera-
kim, in anno* videlicet *quarto & ſeptimo, in exi-
tu ſeptimi, & in exitu feſti, quod ſingulis annis eſt*,
& cum ait Bereſchith Rabba, *bepirka illo Sa-*
cap. 71. *ram eſſe mortuam.* Capita porrò illa in duob.
maximè librorum apud eoſdem celebran-
tur generibus. 1. in Thalmude, cuius vt ſuprà
indicatum, tractatus in *perakim* ſecantur; 2.
in ſcripturis. Sed hoc apud eos, dum imitari
1. Paral. 12: 32. nos cœperunt, recentius. *Archiperecitæ* igitur
Pirk. c. 3: Iuch. 24. appellati, vel qui temporum gnari valdè (Nã
& hos in ſcriptura, Pirkeq; auoth laudatos
Rambam l. 2. Iad. Hal. 7. 8. 9. videmus) habebantur: vel potius qui Thal-
mudis erant callentiſſimi, eiuſdemq; lectio-
ni præſidebant. ἀρχιδιδάσκαλοι nimirum vel
f. 119. b. Archirabbini. Sic enim eos etiam *riſche Seda-
ra* vocatos monſtrat Zacuthus: & de quo-
dam *Marzutra* in Seder holam zuta fine le-
gimus: *Aſcendit in terram Iſrael, & conſtitue-
runt eum leriſch Perakeh*, id eſt, *in caput* ſeu *Prin-
cipem Perakim*. idemq; ibidem paulo poſt vo-
catur *roſch ſanhedrin*, id eſt, vt infrà tangetur,
Concilij præſes. Quod ſi verò Zutræ huius tem-
pus

ius cum Iuſtiniani conferamus imperio, videbimus plane ipſum, ipſiusq; ſimiles, vocatos ab Imperatore *Archiperecitas*. In Iſraeliticam terram aſcendit ille anno mundi 4280. CHRISTI Dn. 520. ad imperij vero ſedem euectus Iuſtinianus anno Dn. 526. Vnde & intelligitur, è Maſoretis, à quibus variæ Bibliorum partitiones; hos fuiſſe. Vocant eos nõ nulli *Paratitularios*: ſed eorum muneri ac functioni parum conuenienter. Et hodie quod cuiq;, in ſynagoga, die ſabbathi, legendum, præſcribit *Morenu*.

Cor. Bertr. & ex eo Godof. ad tit. Nou.

CAPVT XVIII.

De Sanhedrin.

IN Thalmudis Seder 4. & Maſſecheth 4. itemq; in libr. Maymonidicæ *Manus* XIV. helacah 1. *de Sanhedrin* plurima. Et quia eorum frequentiſſima mentio, de ijs quidem aliquid tangendum: ſed quia nõ omnes forte Sanhedrin erant Rabbini, ſolummodo tangendum. Ac 1. vox hæc à Græcis in Iudaiſmum deducta eſt, cum qui apud illos ſunt *Ioſ. l. 14. c. 17.* οἱ συνέδροι, id eſt, Senatores, ſimulque conſidentes in Concilio, curiaue aliqua Patres conſcripti, ij à Iudæis *Sanhedrin* vocantur: ipſumq; τὸ συνέδριον, *Sanhedri*, & quidem fœmininè; quaſi aut ἡ συνέδρη, aut ἡ συνέδρα foret: 2. Erat autem *Sanhedri* duplex, *magna* &

D *parua*:

kelo ferè ſemper in Rabbinorum ſuorum Catalogis Iudæi: de Aquila verò aut nihil vt Zacuthus & Rabad:aut certè perpa-
Rabad. 61. b. rum. 2. Eundem ſignificat Bereſchith Rabbah. (cuius auctor, proximo poſt iſtos ſæcu-
in fine Ieſ. lo, ſcripſit, *anno CHRISTI circiter*, inquit, Maſius, *ter centeſimo*) R. Simeon Ioachimi F. in *Ialkut*, aliiq; Rabbini. è Chriſtianis verò Bellarminus lib. 2. de verbo c. 3. & Caroli V. ad Turcicum Sultanum Legatus Gerard. Veltwycus, qui in ſuo lib. *Sebile tohu* ita ſcribit: *Qui vocatur in Thalmude Onkelos ſiue Ankelos proſelytus: in Geneſi magno & in Ialcutin appellatur Aquila.* Et videtur eadem Patrum vetuſtiorum ſententia, qui Aquilæ meminerunt,
in Iſa. 8. & alibi D. Ambroſ. de par. c. 5. S. Epih. de menſ. alterius diſtincti Onkeli nunquã, vt S. Hieron. D. Ambroſ. S. Epipha. alii. 4. Nec officit aliqua, quæ in his Aquilis vel Onkelis obiici poſſet diuerſitas. nimirum *Aquilam* dici quidem proſelyton, ſed non *ex Titi ſorore*: *diſcipulumq́;* à D. Hieronymo non Eliezeris, aut
Iſ. 8. Ioſuæ dictũ, ſed *Akibæ*. Nã & illud de Titi ſorore Rabbinicum fabulamentũ videtur, & ſi verũ eſſet, nihil cauſæ eſſet, cur Aquilæ tribui ſimiliter non poſſet. *Akibæ* verò diſcipulum fuiſſe non affirmat S. Hieronymus, ſed à quibuſdam ait autumari. Et verò cum R. Eliezeri ſucceſſerit proxime R. Akiba, vt in
ō.ā. Thanæorum generationibus viſum ſuprà; nonne tam huius quam illius, aut aliorum, qui eodem æuo fuere Magiſtri; auditor

auditor eſſe potuit? Sed quæri demum po-
eſt, *an idem Aquila ſit, à quo Græca veteris Teſta-
menti translatio*, Imperatoris Adriani tem-
pore, vti Sanctus refert Epiphanius; *concin-
nata?* Omnino idem videtur, cum iiſdem il-
lis temporibus Aquilas duos recenſeat nemo
vnus. Si dicas; fuiſſe *Aquilam Ponticum, Onke-
lum* verò Titi è ſorore nepotem, *Romanum*,
iam hoc quidem negatum: ſi tamen fuiſſet
illius nepos, an ideo Ponticus eſſe non poſ-
ſet? Certè huc trahere poſſet aliquis S. Epi-
phanium, dum ſcribit, Hieroſolymorum re-
ædificationi, ob quam illis *Æliæ* poſtea no-
men fuit; præfeciſſe Aquilam iſtum ἕλληνα
ὄντα, καὶ αὐτοῦ (Sic enim legi poſſe non αὐτοῦ mō-
ſtrāt, quæ ſequuntur, ὁρμώμενον, & αὐτὸν, non
ὁρμωμένους & αὐτοὺς) πενθερίδην· ἀπὸ Σινώπης δὲ
τῆς Πόντου ὁρμώμενον. Quinetiam Iudæorū nar-
rationem, velut metaphoricam aut allegori-
cam, cuius illis quandoque ad ſua vel tegen-
da vel amplificanda; vſus; liceret intelligere
hoc modo. Solent illi per *Titum* libenter ſi-
gnificare Gentilem ſuperſtitionem, & *per i-
pſius* fortè *ſororem* ſignificant hic Chriſtia-
nam religionem. Aquila verò fuit primò
Gentilis, & vt ait Iuſtinianus, ἀλλόφυλος: dein-
de *Chriſtianus*, tandem, ab Eccleſia, propter
impiæ Aſtronomię ſtudium nimium, eiectus
cum fuiſſet; Iudæus factus eſt, prout indica-
to loco indicat S. Epiphanius. E Titi ergo
ſtirpe, illiuſq; ſorore Proſelytus fuit Aquila,

l. de pond.

In Thalmud affinem quoq; Adriani Aquilam dici fatetur Scaliger Anim. p. 195.

Nouel. 146.

 ſeu

Digitized by Google

ſeu Onkelus: qui poſt fœdam illam ſuam defectionem ſeu apoſtaſiam, vetus Teſtamentum Græcè conuertit, Chaldæaq;, vt paulo poſt, dicetur; Paraphraſi expoſuit.

Iuch. 19. 54. 67. 159. Rabad. f. 58. II. *Quis Ionathan?* Filius fuit Hutzielis: diſcipulus Hillelis Thanæi: & quidem ex omnibus, quos longè præſtantiſſimos habuiſſe ſcribitur LXXX. longè præſtantiſſimus. Quanta verò ea præſtantia fuerit, è duobus volunt intelligi. 1, quod ex LXXX. illis diſcipulis fuerint digni XXX. ſuper quos deſcenderet diuinitas, quemadmodũ ſup Moyſen: XXX. verò propter quos, vti propter Ioſue, ſtaret Sol: XX. alij mediocres. Si hi omnes tanti, eorum primus ac ſummus, quantus? 2. quod ad eum ipſe Samai, Hillelis ipſius Syzygus & compar, ad hunc interdum venire dignaretur. *Iuch. 19. 67.* Vnde ſatis liquet, 1. non eum accepiſſe doctrinam immediatè ab Zacharia, vatibusque alijs, vt in Iuchaſin eſt. *ib. 54.* 2. non eſſe Vzielis illius filium, cuius & pater *Ben Sira*; & filius, *Ioſephi ille*, qui à quibuſdam Eccleſiaſtici Græcus Interpres conijcitur: cuiuſque nomine libro cuidam *Miſchnath Abraham Abinu*, & *Ioſeph F. Huzielis*, datur titulus. *præf. Dr. in Ad.* Nam temporum aduerſatur intercapedo: ſi quidem tanta, quantam volunt, nonnulli BenSiræ vetuſtas eſt. *Lib. 4. Bibl. in Syra edit.* Hunc vero Ionathanem ait Sixtus libr. 4. annis, ante CHRISTI Domini ortum fuiſſe XXI. Genebrardus annis XXVIII. *Lib. de Chriſto.* At illud duntaxat cer-

certũ, ſi ante CHRISTVM Dn. fuit, fuiſſe non multo ante: ſed potius CHRISTI Domini tempore, ac fortaſſis etiam poſt. cum ex illis LXXX. diſcipulis videamus alios aliquot nõ poſt CHRISTVM modo: ſed & poſt Hieroſolymorum euerſionem ſuperfuiſſe, vt R. Iochanan Zachæi filiũ. De voce, quæ ad ipſum diuinitus facta ſcribitur; paulo poſt. *Rabad 58. b.* *Iuch. 54.* *Meth. præf.*

III. *Quis Rab Ioſeph cæcus?* Iacet hic pænè in tenebris. Valde tamen haddikduk peritum ſcribunt, eruditioneq; tanta excellentem, vt *ſaggi nehor* id eſt, *lumine multus*, appellatus ſit. Eum an. ferè CHRISTI Dn. 400. ſeu poſt Hieroſolymorũ excidium, annis ferme 300. floruiſſe notat in Octaplo ſuo Nebiẽſis. *Iuch. 53. b. & 54.* *Rabad 61.* *Senenſ. l. 4. Catal. 1*

IV. *Quis ab horum quolibet ſcriptus Thargum?* Ab Onkelo ſcriptus eſt Babylonicus Pentateuchi Thargũ: ad Ionathan, Prophetarum, ab Ioſeph cæco, Hagiographorum. *Bereſ. R. & Gemara de Ioſeph.*

V. *Hieroſolymitani Thargum auctor, & tẽpus quod?* Vtrumq; ignorari ait Methurgemanica præfatio. Ex ijs verò, qui ab Onkelo Aquilam diſtinguunt, huius, apud Marinum; dicunt quidam auctorem Aquilam. Sed neque ij rationem vllam afferunt, neque antea ſeſe nobis probarũt. Tempus tamen vel paulo ante, vel paulo poſt abſolutum Thalmudem, conijcit citata illa præfatio. *præf. in Arc.*

VI. *In quos libros Hieroſolymitanus idẽ Thargum eſt?* Eſt in *haccethubim* ſeu hagiographa; itemq; in Pẽtateuchum, vt aſſerũt Genebrardus, *lib. de Chriſt. pacis citatis.*

אמת. dus& Marinus, & quodãmodo Elias. Dubitat enim an idem Thargum ſit, ac idcirco aliter & aliter eum citat.

VII. *An in Pentateuchum, nullam ſcripſit Paraphraſin Ionathan?* Relinquit hoc in medio Druſius. Scripſiſſe tamen aiunt Recanatenſis R. Manahen, Paulus Burgenſis, Senenſis, Marinus. Sed ſi verum, quod ſcribit Recanatenſis, *mirandum profectò*, inquit Elias, *quomodo tam breui tempore periiſſet, neque inueniri iam poſſet Thargum ille.* A mendacio tamen hunc vendicat, quæ Thargum illud edidit, Italia: ipſeq; Marinus dicens, *ſe tres Pentateuchi Thargumim, Hieroſolymitanum, Onkelinum, & Ionathæum voluiſſe ſimul edere: ſed occupatior cum eſſet, præuerſum ab aliis.* Et hinc illa expeditur, è qua exitum non inuenit Elias, quæſtio: *Cur in Pentateuchum mutus fuerit Ionathan?*

præf. in Merc. Tab. *Ex. 14. & alib.* *Geneſ. 4.* *lib. 4. Bib. præf. Are.* *Citat Thiſ. v. bakai* *Haruch. ſæpe vt pedag.* *Meth.*

VIII. *An & Pentateuchum paraphraſticôs expoſuit Cæcus?* Dixere aliqui. Sed negat Elias, quia neq; inuenitur, neq; à quoquam citatur: ne à Gemara quidem, quę citare ipſum alioqui ſolet.

pr. Meth.

IX. *In quos & quot Prophetas Thargum ſuum edidit Ionathan?* Reſpondet Bellarininus; in priores ac poſteriores Prophetas. Elias verò in VIII. duntaxat Prophetas. Nulla inter hos tamen diſſenſio. Prophetas namque omnes ad octonarium reuocãt numerum Iudæi. Primus enim ab iis dicitur Ioſue: 2. Iudices:

l. 2. de ver. c. 3.

ces:3.Libri Regum:4.Iſaias: 5.Ieremias: 6.E-
zechiel: 7.Daniel:8. Thereſar,ſeu δωδεκαπρό-
φητον,id eſt,minores Prophetæ XII. D. Hie-
ronymus, *In tres*, ait, *partes omnis ab Hebræis* *præf. in Dan.*
ſcriptura diuiditur: in Legem, in Prophetas, & in
Hagiographa, id eſt, in V. & VIII. & IX. libros. *pr. Meth.*

X. *An & Cæci paraphraſis in Prophetas fuit aliqua?* Citari aliqua videtur in Gemara. Sed extat iam nulla.

XI. *An aliqua in eoſdem etiam Onkeli Paraphraſis?* Citatur aliqua in Prouerb. 18. Ezech. 23. Iſa. 3. à Bereſchith Rabbah. Sed quia, vt audiimus: diuerſos Onkelum & Aquilam retur Elias; hanc non illi, ſed huic aſcribit. *ib.*

XII. *Cur aliquo Hagiographa Thargum dignatus non eſt Ionathan?* Vetitum aiunt Iudæ- *Elias.*
orum quidam voce diuinitus ad eum miſſa, quæ tale quidpiam meditanti ac volenti di- *Meth. præf.*
xit: *Non tibi ſatis eſt, Prophetarum omnium reuelaſſe arcana? & vis adhuc arcana reuelare Spiritus ſancti?* Per hunc enim, Iudæis illa exprimendi mos. Sed ſanè diuina iſta vox, quam illi *Iuch. f. 14. 19.*
beth kol vocant, iis valde frequenter cùm li- *b. 20. b. 23. 47 a. b. 50. 52. 55.*
bet; ſubitus è machina DEVS eſt, & poſt *b. 56. b.*
CHRISTI Domini Aſcenſionem Chriſtianis omnibus meritò ſuſpectiſſima. & quidem in hac ipſa quæſtione, duas etiam ob cauſas. Vna eſt, quia hanc aliter, &, ob finem alium, factam referunt Rabbinorum alij: R. Abra- *in Peruſch. c.*
ham f. Dauid, & ex eo R. Abraham Zacuth *59. Iſa. v. 20. f. 54.*
ſic: *Quiſnam iſte qui legis myſteria filiis Adam reuelat?*

uelat: mippene ſcheieſch bo kets Maſchiach? quia in eo (Dauide, aut libro, ac verſu) *finis eſt Meſſias.* Iacobus verò Epiſcopus Chriſtopolitanus refert, Ionathanem iſtum cum paraphraſi pſalmi ſecundi verſum hunc: *Dixit Dominus ad me: filius meus es tu,* &c. illuſtraret; ſcripſiſſe hoc modo: *Duo hi, Pater & filius, tres ſunt in vna tertia perſona, nimirum Spiritu ſancto: & hi tres vnum ſunt, vna inquam ſubſtantia vna eſſentia, & vnus Deus. Tum vero allapſam ad eum vocem cœlitus: Quis eſt iſte, qui audet gentibus ſecreta mea reuelare? Illum vero reſpondiſſe: Ego Domine ob reuerentiam & gloriam nominis tui tētare auſus fui.* 2. quia idem Iacobus, totū vetus Teſtamentū Paraphraſib. ab illo narrat explanatū: & de Iob, Prouerbijs, alijsq; pæne omnibus hagiographis confitetur Zacuthus, niſi q̄, ne in Pſalmorum Thargum pergeret, diuino, vt iam dixi, oraculo admonitum ſcribit.

in Pſal. 20. *Sen. l. 4. in Syra.* *f. 54.*

XII. *An ſuperſunt hi omnes Thargumim?* Negant omnes, & ſe in Eſdram, Danielem & Paralipomena nullum, in hagiographa cætera Thargum vidiſſe narrat Zacuth⁹: alioſq; plures fuiſſe probare conatur in Thisbi Elias.

ibid. *voce Patzam.*

XIII. *An qui ſuperſunt, integri omnes ac ſynceri?* Illuſtriſſimus, Reuerendiſſimus, ac de litteris diuinis meritus optime Cardin. Franciſcus Ximenius, ſolum Pentateuchi Thargū veritati Hebraicæ fideliter cōgruere reſpondet: in alijs v. diuinis voluminib. corruptum, multisq; fabulis & Thalmudiſtarum nugis con-

præf. in Complut. Edit.

onſperſum. At Cardinalis alter, Bellarmin⁹, ı illo magnisq; alijs non immeritò compa-ındus, illũ etiam ipſum Pentateuchi Thar-umminimè integrũ ac incorruptũ eſſe, plu- l.2. de verb, c.§ b. manifeſtum facit exemplis: ad quę vnum ıddo in illo, de quo interrogatiuncula 7. Io-athęo Thargum. Meminit is Num. 24. *Con-antinopoleos.* At nulla, dũ viueret Ionathan, rat *Conſtantinopolis*, nullus, qui hoc ſuũ vrbi li dediſſet nomen, Conſtantinus. An non ;itur Thargum ille vel nothus, vel deprauaıs? Et ſanè argumenta quib. plures Thargu-ıim, q̃ enumerati ſint, probare, vt interrog. ı. dicebam; nititur Elias, vel illud ipſum, vel ıoc certè ꝓbant potius, eos, qui modo ſunt Thargumim, non vſquequaque puros, inte-ros, ac intaminatos eſſe. At interrogatiun-ularum iam ſatis.

CAPVT XVII.

De Archiperecitis.

IVſtinianus Imperator, dum Iudæos poſſe ſuis in ſynagogis Biblia non Hebraico tan-tum, ſed Græco etiam, Latino, alioue idio-mate, ſi quidem velint; legere ſancit, adiun-git: *Neq; licentiam habebunt hi, qui ab eis maio-res omnib. Archiperecitæ aut presbyteri forſitan vel Magiſtri appellantur, per ino eis aliquibus aut a-nathematiſmis hoc prohibere.* Ac Preſbyteros quidem eſſe *Zekenim*, & Magiſtros *Rabboth*, de quibus ambobus dictum antea ſatis Novel. 146. cap. 3 & 5.

con-

conſtat: *Archiperecita* verò, ſeu, vt in Græco eſt, ἀρχιφερεκίται qui? Vox eſt hybrida, originem è Græca ſcilicet Hebræâ gente ducens. Sciendum verò *perakim* apud Hebræos ſignificare duo potiſſimum, I. *librorum* τμήματα ſeu *ſectiones*, quas nos Latine *capita* vel *capitula*, Græci & ex ijs, in Teſtamento nouo fere Syri κεφάλαια nominant, 2. *temporum partes*. vt cum aiunt, *peſtem in quatuor ſæuire perakim, in anno* videlicet *quarto & ſeptimo; in exitu ſeptimi, & in exitu feſti, quod ſingulis annis eſt*, & cum ait Bereſchith Rabba, *bepirka illo Saram eſſe mortuam*.

cap. 71. Capita porrò illa in duob: maximè librorum apud eoſdem celebrantur generibus. 1. in Thalmude, cuius vt ſuprà indicatum, tractatus in *perakim* ſecantur; 2. in ſcripturis. Sed hoc apud eos, dum imitari

1. Paral. 18: 32. nos cœperunt, recentius. *Archiperecitæ* igitur

Pirk. c. 3. appellati, vel qui temporum gnari valdè (Nã

Iuch. 24. & hos in ſcriptura, Pirkeq; auoth laudatos

Rambam l. 2. videmus) habebantur: vel potius qui Thal-

Iad. mudis erant callentiſſimi, eiuſdemq; lectio-

Hal. 7. 8. 9. ni præſidebant. ἀρχιδιδάσκαλοι nimirum vel

f. 119. b. Archirabbini. Sic enim eos etiam *riſche Sedara* vocatos monſtrat Zacuthus: & de quodam *Marzutra* in Seder holam zuta fine legimus: *Aſcendit in terram Iſrael, & conſtituerunt cum leriſch Perakeh*, id eſt, *in caput* ſeu *Principem Perakim*. idemq; ibidem paulo poſt vocatur *roſch ſanhedrin*, id eſt, vt infrà tangetur, *Concilij præſes*. Quod ſi verò Zutræ huius tempus

ius cum Iuſtiniani conferamus imperio, videbimus plane ipſum, ipſiusq; ſimiles, vocatos ab Imperatore *Archiperecitas*. In Iſraeliticam terram aſcendit ille anno mundi 4280. CHRISTI Dn. 520. ad imperij vero ſedem electus Iuſtinianus anno Dn. 526. Vnde & intelligitur, è Maſoretis, à quibus variæ Bibliorum partitiones; hos fuiſſe. Vocant eos nõnulli *Paratitularios*: ſed eorum muneri ac functioni parum conuenienter. Et hodie quod uiq;, in ſynagoga, die ſabbathi, legendum, præſcribit *Morenu*. *Cor. Bertr. & ex eo Godof. ad tit. Non.*

CAPVT XVIII.

De Sanhedrin.

IN Thalmudis Seder 4. & Maſſecheth 4. itemq; in libr. Maymonidicæ *Manus* XIV. elacah 1. *de Sanhedrin* plurima. Et quia eorum frequentiſſima mentio, de ijs quidem liquid tangendum: ſed quia nõ omnes for Sanhedrin erant Rabbini, ſolummodo ngendum. Ac 1. vox hæc à Græcis in Iudaiſmum deducta eſt, cum qui apud illos ſunt *συνέδροι*, id eſt, Senatores, ſimulque conſientes in Concilio, curiaue aliqua Patres onſcripti, ij à Iudæis *Sanhedrin* vocantur: iſumq; *τὸ συνέδριον*, *Sanhedri*, & quidem fœmininè; quaſi aut *ἡ συνέδρη*, aut *ἡ συνέδρα* foet: 2. Erat autem *Sanhedri* duplex, *magna & Ioſ. l. 14. c. 17.*

parua. Illa conſtabat initio 70.,71. vel 72. capitibus (De hoc enim aliqua controuerſiola) & dicitur à Moyſe, Domini iuſſu, vel conſtabilita, vel inſtituta. cuius deinceps caput dicitur Moyſis locum tenuiſſe; eratq; vel Pontifex, aut qui vocabatur *Naſi*, aut vero *Ab beth din*, interdum verò *roſch Sāhedrin*, vel *roſch halebem* (ſc. ſanedrin) & *roſch haieſchibah.* Nam, pro varietate temporum, varius horum quoque nominum fuiſſe videtur vſus. *Parua* verò ferè conſtabat 23. capitibus, & eo, qui ſapientia omnibus antecellens, omnium caput erat. 3. *Magna*, licet Ruth c. 3. v. 11. à Thargum olim etiam Bethleemi collocetur; erat ſolummodo Hieroſolymis: niſi quòd annis ante Hieroſolymorum ab Tito illatum excidium, quadraginta, eam, hortatu Iuchanan Zachæi, ex Zachariæ Prophetia, cum ſponte templi portæ viſæ fuiſſent apertæ, alio migraſſe autument. *Parua* verò in vrbib. omnibus. 4. Qui in eo concilio erant, eos, ex Domini præcepto eſſe oportebat, *verè ſenes*, & qui populum moderari poſſent, in Græco textu γραμματεῖς, in Latino *Magiſtri.* Senes autem, vt ſuprà dictum, qui ſenili eſſent ſapientia, iudicio, morumque maturitate intelligi cenſentur. Sic vt in eo Senatu nollent eos præſides, qui admodum *grandes natu* eſſent, qui *eunuchi*, qui *orbi liberis.* 5. Cadente tamen Hieroſolyma, ceciderunt & Sanhedrin. niſi quod ſicubi potuerunt, omne paulo

Num.11.16. *Ex.24.1.* *l.1. Ioſua c.* *Bert. de pol, Iu. c.51.69.* *Rambam l.cit.* *Iuch.f.53.* *Ramb.f.226.* *Iuch.18.53.* *Zach.11.v.1.* *Iuch.21.* *Ramb.l.c.* *Num.14.16.* *Kabb.58.* *Iuch.20.b.*

Digitized by Google

lo maius Seniorum ſu⬤rum concilium Sanhedrin vocarunt Iudæi, ſic vt Iuſtiniani tempore, quemadmodum in *Mar zutra* vidimus; adhuc ita loquerentur. 6. Ad magnum vero ſynedrion cum ei intereſſet, *Schamai* ille, de quo ſuprà cap. 7. vocatus eſt cædis reus Herodes, nondum Rex. 7. ſed poſtea Rex cum eſſet, omnes iſtos Sanhedrin, excepto Schamai illo, Hillele, ac Manahem, eorumq; diſcipulis, interfecit: ſic vt diceretur *haor ſchelhecamim*, id eſt, ſapientum lucem extinxiſſe. . Vnde aiunt Iudæi, ad Deum, ob tantum acinus, propitiandum, ei ab Schamai illius iſcipulo *Baba ben Buta* conſilium datum, vt anctuarium ædificaret.

cap: 17.
Ioſeph. loc. cit. bonon. l. 5. c. 4.
Ioſ. ib.
Iuch. 19. a & b
ib. & 27. a & 52

CAPVT XIX.

De aliis, ſecundum opera eorum, Rabbinis.

B*Ahal midraſch* eſt, commentarij alicuius auctor, vel concionator, qui & *Darſan* ocatur. vnde R. *Moſes Haddarſan*. *Daraſch* eim eſt, inquirere, diſputare, commentari, oncionari. & *midraſch* eſt ipſa inquirendi oncionandiue actio, vel Commentarius, ẏrumue illud, quod diſputatũ vel propoſiũ eſt. maximè ꝙ paulo diffuſius, populari-, neq; omnino iuxta ſimplicem legis ſenm eſt. Sicq; *Midras agadah*, is cõmentarius, ui auditu non iniucundus eſt, hominesque

Thiſi
inf. de ſchol.

quodammodo trahit ac pellicit: *Midraſ Rabbothenu*: alijq́; multi pſalmorum, ſimiliumq; librorum *Midraſim*. Expoſitores verò & Interpretes dicuntur *Mepareſchim*. quia *peruſchin* ſunt expoſitiones à *paraſch*, quod eſt exponere ac declarare. *Bahal paſuk*, qui in ſcripturæ textu verſibusq; inſigniter verſatus eſt, qui & aliquando *Karai* dicitur, vt Ribbi Eliezer filius Simeonis filij Iochi. licet hoc ſæpè malam in partem ad eos Iudæos transferatur nomen, qui ſolum ſcripturæ textum, explicationibus, traditionibusque Magiſtrorum exploſis omnibus, amplectuntur, vt à me di-

Trib. l. 2. c. 24. Min. l. 3. c. 4. ctum alibi. *Bahal haruch*, eſt dictionarij auctor, quòd *harach* ſit diſponere: ille verò vocabula diſponat, & in alphabeti ordinem redigat, vt R. Nathan. *Bahele haththoſephoth*, qui additiones ad Thalmud fecerunt & explicarunt. Et huc reuocari omnes omnium artium ac diſciplinarum artifices & cultores, vt *Cantores, Muſici, Arithmetici, Aſtrologi, Poe-*

Iuch. 163. *tæ, Philoſophi*. quorum duûm poſtremorum nomina Græcis Latinisue vſitata, in Hebræorum etiam libros ac idioma ſeſe penetra-

Rabad 75. b. runt. Nam Rab. Iſaac F. Iudæ *paiitan gadol*

Bereſ. Rab. c. 86. Rabbi Ioſeph, alijq; plures *paiitanin*. *Pilſoph*

Haruch. verò, *Philoſophah*, & *Philoſoph* ſæpè occurrit, vt

Thiſ. in ipſo Zacuthi veſtibulo. quemadmodum

Num 11. & *pedagug* ac *padiguga* pro pædagogo in Thar-

Haruch. gum Hieroſolymitano. Generatim verò dicun-

Digitized by Google

untur in aliqua re ac ſcientia exercitati *beki-m betzeh limmud o beetzeh*. Thiſ.

CAPVT XX.

Rabbinorum poteſtas quæ?

MAgiſtris & doctoribus noſtris duplicem attribuere licet *poteſtatem*. vnam uaſi *naturalem*: alteram verò *moralem*. Illa ſt, quam ſua cuique præſtat eruditio & dotrina. Qui enim docti ſunt, intelligere mul-, eloqui & explanare poſſunt, quæ indocti equaquam. *Medicus*, ait Origenes, *eſt qui me-cinalem didicit diſciplinam, & poteſt medicari uaſi Medicus: Etſi ægrotantes non ei committant rpora ſua, Medicus eſt. Sed & gubernator eſt, qui didicit gubernatoriam artem, & poteſt eâ, ſicut nuenit, vti: etſi non crediderit ei aliquis guber-acula nauis, tamen eſt gubernator.* Moralis ve-ò poteſtas, eſt facultas & ius quoddam reum quarumdam aut vtilium aut honoricarum, auctoritate publicâ, conceſſum, v.c. is aſcendendi cathedras docentium altio-s; creandi Magiſtros, & doctores alios, geandi annulos & epomides, certis immuniatibus & priuilegijs gaudendi, quæ Princies, Imperatores, ac Pontifices, vt honore ac unificentia optimarum artium ſtudia exitarent, Doctorum ordini aut olim, aut nūc onauere. Ac illa quidem prior *naturalis* po-

tract. 24. in Matth.

teſtas eruditis omnibus, quâ eiuſmodi ſunt; cuiuſcunque ij tandem ætatis, fortunæ, gentis ac religionis; communis eſt. *hæc* non item: ſed ijs duntaxat, qui ritu certo ac ceremoniâ iſtos Magiſterij atq; doctoratus titulos adipiſcuntur. His enim eo modo datis titulis, ſi quidem rectè, ac vti oportet, legitimè iuſteque dentur; publicum inhærentis ijs prioris illius poteſtatis datur teſtimonium: cui poſtea comitantur illa vel priuilegia, vel iura, & iuriſdictiones, quas iamiam tangebam. Vt autem iſta in Rabbinis cuiuſmodi ſit, intelligatur, animaduertendum 1. illud ipſum *Rabbini* nomen ac titulum certo modo ac more deferri ſolitum. 2 poteſtatem eo cum nomine coniunctam *moralem* aliam & aliam fuiſſe ac eſſe, pro temporum, locorum, ac Dominorum, quibus ſubſunt Iudæi, varietate. Poſteaquam enim eorum regnum, templum, metropolis euerſa eſt, eos *propria culpa*, vt ait, D. Hieronymo cõuenienter, Innocentius Pontifex, *ſubmiſit perpetuæ ſeruituti*: ſic, vt à Dominorum, in quorum ditione ſunt; nutu pendeat, quidnam, præ Iudæis aliis, aut præſtantiæ, aut poteſtatis & iuriſdictionis habere debeant Rabbini. Nam hæc aliquando & alicubi, vt in Babylonia, Ægypto, & Hiſpania, fuit ijs aliqua: ſæpe verò, multisque in locis nulla. Vendicare quidem ſibi, Iuſtiniani tempore, conati ſunt illi poteſtatem Iudæos alios excommunicandi, eos-

D. Hier. in Oſeæ c. 1.
c. Etſi. X. de Iud.

Seder. Rabad. Iuc. h

oſque ad id, quod vellent ipſi, anathema-
ſmis cogendi, vt ex citata nuper Impera- *Nouel.146.*
ria patet ſanctione: ſed eorum repreſſit au-
aciam Imperator: & graui cum intermina-
one, omnem ijs eiuſcemodi poteſtatem
lemit. *Neque*, inquit ipſe; *licentiam habebunt* *Sup. c.17.*
i, qui ab eis, maiores omnibus Archiperecitæ aut
resbyteri, forſitan vel Magiſtri appellantur, peri-
eis aliquibus, (id eſt, commentis) *aut anathe-*
atiſmis hoc prohibere, niſi velint propter hoc ca-
gari corporis pœnis, & inſuper priuationem fa-
ltatum nolentes ſuſtinere. Et hiſce diebus, hic
Ioguntiæ, à S. C. Maieſt. Commiſſarijs, in
nagogæ Francofurtenſis lōgam ad Germa-
os Iudæos alios epiſtolam adhibita inqui-
tio. cuius epiſtolæ caput primum in eo ma-
imè verſabatur, vt à Chriſtianorū tribuna-
bus ad Rabbinorum cognitionē ac iudicia
ıdæi transferrentur omnes. eamq; rem mi-
sRabbini ipſi vrgebant deuotionib. & ana-
ıematiſmis, quorum apud illos tria genera
idui, Cherem, & *ſchammatha*, expoſita in ex- *l.1. hal. 2. c. 6. 7 & ſeq. f. 24. 25. 26.*
emo Thisbi, & copioſius in Rambam. To-
ı verò hæc Rabbinorū poteſtas ac dignitas
biubi fuit; vocata eſt ab ijs *Rabbanuth*, *Geo-* *Iuc. 162. b.*
uth, *Gedolah*. Sed de modo, quo Rabbini no- *Rabad. 62. 63 b. 691.*
ıen ac titulus datus, dicamus iam aliquid.

CAPVT XXI.

Quomodo creati olim Rabbini.

QVia moralis Rabbinorū poteſtas, eam,

cuius eruditio & ſcientia datrix; poteſtatem ſupponit, ideo, ſi hæc nota forte minus eſſet, explorabatur. *Vbi*, ait Lampridius, *aliquos voluiſſet Alexander Imperator, vel Rectores prouincijs dare, vel Præpoſitos facere, vel Procuratores, id eſt, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis, dicebatq́; graue eſſe, quum id Chriſtiani & Iudæi facerent in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinandi ſunt, non fieri in prouinciarum Rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita.* Et de Chriſtianorũ quidem Sacerdotib. conſtat: ſed quinam eo tempore *Iudæorum ſacerdotes*? Quod, præterq̃ generis, corporumq; integritatis, in ijs examen? Pro *Iudaicis* ergo *Sacerdotibus* intelligendos *Rabbinos*, an non veriſimile? Nam & noſtras hodie vulgus ita loquitur, adeo, vt qui Wormaciæ omnium doctiſſimus nunc habetur, vulgo illic audiat Jüden Biſchoff / licet neq; doctiſſimus ſit, neque in *Morenu* adhuc numerum venerit: ſed aliquam ſolum ab Wormacienſi Epiſcopo iuriſdictionem accipiat.

Ioſ. l. I. contra Vlp.

Abrah. zur Kanthen.

II. Ei deinde, cuius perſpectæ iam erant ingenij doctrinæque opes, *imponebantur* ab Rabbino aliquo *manus*. iſtaque χειροθεσία ſeu manus impoſitio vocata eſt *ſemicuth* aut *ſemicah*: qui verò imponebat, *ſomech*, ὁ χειροθέτης: cui imponebatur, *ſamuch*. & is ante ri-

tum

um hunc, nunquam propriè ac ritè, niſi per liquod fortaſſis priuilegium, aut vulgi ccupationem; iſtos aſciſcebat *Rab*, *Rabbi*, *abbàn*, aut *Gaon* titulos, vt ex iis, quæ de Ben ethira, R. Symeon filio Nines, de Samuele Heli, de R. Chaſda, de Tſadok ſacerdote ſapiente magno, de Rab Acha, de Rab hananeele f. Chuſcielis, de R. Iſaac Granatenſi, de R. Ioſeph f. Iacob Cordubenſi, e Rab Ioſe & aliis, memoriæ prodita; perpicuum. Ortum verò manuaria iſta cæremonia, vt alibi à me monſtratum; duxit a Moyſe. qui vt ſibi ſucceſſorem decerneret oſue, manum ei palam impoſuit. Sed eam uerè admodum vetuit Adrianus Imperator.

Iuch.53. *68.* *104.* *120.* *Kab.65.* *74.* *75.* *Thiſ. ſamach. lib.1. Ioſ.c.9. q.12.13.* *Num.27.23.* *Kab.59.*

III. *Collocabatur* deinde *in cathedra*, quæ ebræis *ciſſe*, D. Nazianzeno ὁ ϑρόνος σοφιστ-ς dicitur. Hinc de aliquo, qui Rabbinatus onore augebatur, ſæpe leges: *Collocarunt in rono patrus.* aut *ſedit in ſede, cathedraue illius abbini.* v.c. R. Ioſe, quem Corduba in Babyloniam profectum dixi antea, *niſmach ham gaon, vehuſchab hal ciſſe Rab Haai*, id eſt, *anu impoſitâ, illic factus eſt Gaon, & collocatus t in throno Rab Haai.* Et hoc etiam à Moyſis athedra, de qua S. Matthæus, fluxiſſe videur. Hæc enim, docentium veluti gnoriſma, ornamentum; vt alio planum feci loco: uius ſuis in Profeſſoribus commeminit ſæiſſimè Auſonius, & in Epinomide Plato,

Deut.17.18. orat. de S. Baſilio. *Iuch.162.b.* *c.10.* *Kab.75.b.* *c.23.* *Trih.l.2.c.9.* *ep 7.10.11. ſeq.*

ait: *Deus in cœlo, velut in cathedra Magiſter, vt*
v. 2. & 9. *doceat omnes.* Certe in Iudicum capitis quinti Thargum, Rabbinos non ſediſſe modo, ſed aperto etiam capite legem docuiſſe, teſtatur Ionathan. Vide, ſi plus quid aues, Ari-
o. 14. p. 40. b.
p. 30. 31. am in Ioſue, &c, quæ nuper prodiit; Polyantheam.

IV. *Hiſce ritibus adiungebantur verba quædam concepta:* ſed antiquitus *paucula* hæc: *Eni*
Iuch. 60. *ſomech otheca: thihieh ſamuch.* id eſt: Ego tibi manum impono: tu eſto is; cui manus impoſita ſit. aut, Ego te magiſtrum creo: tu creatus eſto. Te magiſtrum facio: eſto magiſter. Adiecit verò poſtmodum *plura* R. Iuda filius Babæ, qui, Imperatoris Adriani præcepto, interemptus: vt exinde inaugurationis totius fuerit formula maior ac plenior. Vnde & ille *Somech* cognomento affectus eſt: præſertim cum Rabbinos ipſemet plures inaugurarit, è quibus quini maxime celebrantur ſeniores: 1. R. Meir. 2. R. Eliezer f. Schemuæ. 3. R. Iuda. 4. R. Simeon. 5. R. Ioſe. vti refert
f. 60. Iuchaſinus & ordine paulum mutato, R. A-
19. b. braham f. Dauid. hiſq; adiicit ille duos adhuc alios, R. Nehemiã & R. Iudam f. Elhai, qui *Haſideus* habitus *magnus.* De Rabbinorũ verò *annulis, veſtibus, calceis*, & ornamentis, Origenes homil. 24. in Matthęum: de eorundemq; *ſuperbia* & faſtu, R. Akiba in *Iuchaſin.* pag. 22. b. ex Rabbenu *Tham*, & aliis.

CAP.

CAPVT XXII.

Quando cœpti olim creari Rabbini?

RAb, ſiue *Rabbi, nemo,* ait Druſius, *vocabatur ante deportationem* (Babylonicam) L.2.Reſ.c.8. p.64.
tuli illi recentiores ſunt. Ben Sira, qui diu poſt xit, non vocatur vſpiam Rabbi. Nam etiam poſt um inſtituti fuerunt hi gradus. At dico quaor breuiter. 1. incertum eſſe annum, quo abbinicus hic titulus dari cœperit. ſicuti apud nos, quando cœpti ſint vocari ccalaurei, Licētiati, Magiſtri & Doctores. :ertum videri, ante ſacroſanctum CHRI·I Domini euangeliſmũ, vſitatiſſimũ horis vocabulũ fuiſſe, cum & de aliis, & de o etiam CHRISTO Domino toties in iangeliis, vt ſuprà patuit; dicatur: & qui- cap.1. & 2.
m non velut nouum & inauditum, primque iactatum. 3. ipſam verò ſemicam manus impoſitionem, itemque cathem videri perantiquam, quæ à Moyſis, dixi exemplo dimanarit. 4 non ſatis firmè c.21.
bbari à Druſio, non fuiſſe hunc ante portationem titulum, quòd *Benſira* non cetur vſpiã *Rabbi.* Primò enim haud con-, quis & quo tempore *Benſira* iſte fuerit, ut fatetur ipſemet alibi Druſius. Deinde præf.in Ad.
s etiam, quibus magnus huic iam vſus ſup.c.16.

&

& honos titulo; temporibus, nonne qui doctrina ſapientiaque pollerent, eo caruere multi? *Ben Zoma*, inquit, *& Ben Azai ſine titulo memorantur, quòd diem ſuum obierint, antequam Magiſterij gradum accepiſſent.* At vnde id manifeſtum? Et de ipſo Ben Sira idem affirmanti quis intercedat Tribunus? Denique ipſe Moyſes, quoties ferè ab Hebræis nominatur. (Et quid eorum eloquuntur linguæ ac libri frequentiùs?) toties *Rabbenu* prænominatur. de quo Seder Rabba: *Zeh Moſeh Rabbenu, ab hachocmah, veab, haththeuunah*: id eſt, *Iſte Moyſes Magiſter noſter, Pater ſapientiæ, & Pater intelligentiæ.* Videtur ergo titulus hic deportatione antiquior. Reſponderi tamen poteſt, præfationem hanc honorificam eo tempore Moyſi cœptam tribui, quo ea iam aliis magno cum honore tribuebatur. Fateor ita reſponderi poſſe: neque tantam ei titulo, quantam ipſi Moyſi aſſerere auſim vetuſtatem. Sed illud hinc tamen cõficio; ex huius vel additione vel omiſſione tituli, nõ recte colligi alicuius aut antiquius, aut recentius ſæculum: vti colligere audacter non veretur Druſius: dum vetuſtiorem aliquem Akibam, quia *Rabbi* quandoque appellatus; pernegat. de quo tamen poſtea. Et quid vetaret, quòd in alia de *Neſiim* & *Abboth din* quæſtione aliquando reſpondent Iudæi; hac etiam in re reſpondere: *lohaiu reſchumim lehatzkir ſchemotham*: id eſt, *Non ſunt eorum*

Margin notes: *Ibid.* (beside "multi?"); *ſub finem:* (beside "guæ ac libri"); *p. 64.* (beside "quem Akibam")

orum (vetuſtiorum ſcilicet Rabbinorum) d memoriam conſignata litteris nomina. Iuch. 17.b.

CAPVT XXIII.

Vbi Rabbinis facta manuum impoſitio?

IN publicorum cœtuum ſcholarumq; loco, vbi Doctorum cathedra; impoſitioné anc manuum factam, non eſt quod manoperè ambigatur. Sed qua in prouincia & égióne fieret eadem, id verò ambiguum v-a Iudæorum in Thisbi perſcripta vox eſſit. in Rubatt. Ea hiſce concipitur verbis: *En ſemicah bebutſah laarets*: id eſt, *Non ex* χειροθεσία *extra erram*. Intelligunt autem per antonomaam; *terram Iſraelis*: terram olim ſuá. Quod eſt, nullus in Africa, Ægypto, Babylonia *mech*, nulla terrarum alibi *ſemicah* fuiſſet. t contrarium, quæ c.21. notata; monſtrant xempla. Quàm in Orientalibus, de quibus òſt Academiis frequens & diutina *ſemicah* Iuch. 66. æc? Quaſi tamen certum foret hoc, infert lias, reſiduos, qui poſt *Marbitſe thorah* fueınt; Rabbinos, non *Rabbinos*, ſed ſimpliciter vocatos *Sapientes*. Sed eum in R. Abrahæ *abbala*, & in *Iuchaſim* refellunt tam multi, t eos ſuperuacaneum ſit, memorare, cum el vnus *Raſchi*, non *Rabbi* modo, ſed & *Rab-* f.162.b. *enu* quandoque appelletur & *hal ciſſo* ſuper

eius

& honos titulo; temporibus, nonne qui doctrina ſapientiaque pollerent, eo caruere
Ibid. multi? *Ben Zoma*, inquit, *& Ben Azai ſine titulo memorantur, quòd diem ſuum obierint, antequam Magiſterij gradum accepiſſent.* At vnde id manifeſtum? Et de ipſo Ben Sira idem affirmanti quis intercedat Tribunus? Denique ipſe Moyſes, quoties ferè ab Hebræis nominatur. (Et quid eorum eloquuntur lin-
ſub finem: guæ ac libri frequentiùs?) toties *Rabbenu* prænominatur. de quo Seder Rabba: *Zeh Moſeh Rabbenu, ab hachocmah, veab, haththeuunah*: id eſt, *Iſte Moyſes Magiſter noſter, Pater ſapientiæ, & Pater intelligentiæ.* Videtur ergo titulus hic deportatione antiquior. Reſponderi tamen poteſt, præfationem hanc honorificam eo tempore Moyſi cœptam tribui, quo ea iam aliis magno cum honore tribuebatur. Fateor ita reſponderi poſſe: neque tantam ei titulo, quantam ipſi Moyſi aſſerere auſim vetuſtatem. Sed illud hinc tamen cõficio; ex huius vel additione vel omiſſione tituli, nõ recte colligi alicuius aut antiquius, aut recentius ſæculum: vti colligere audacter non veretur Druſius: dum vetuſtiorem ali-
p. 64. quem Akibam, quia *Rabbi* quandoque appellatus; pernegat. de quo tamen poſtea. Et quid vetaret, quòd in alia de *Neſiim & Abboth din* quæſtione aliquando reſpondent Iudæi; hac etiam in re reſpondere: *lohaiu reſchumim lehatzkir ſchemotham*: id eſt, *Non ſunt*
corum

eorum (vetuſtiorum ſcilicet Rabbinorum) *ad memoriam conſignata litteris nomina.* Iuch. 17.b.

CAPVT XXIII.

Vbi Rabbinis facta manuum impoſitio?

IN publicorum cœtuum ſcholarumq; loco, vbi Doctorum cathedra; impoſitionē hanc manuum factam, non eſt quod magnopere ambigatur. Sed qua in prouincia & regione fieret eadem, id verò ambiguum. Vna Iudæorum in Thisbi perſcripta vox efficit. Ea hiſce concipitur verbis: *En ſemicah behutſah laarets*: id eſt, *Non ex* χειροθεσία *extra terram.* Intelligunt autem per antonomaſiam; *terram Iſraelis*: terram olim ſuã. Quod ſi eſt, nullus in Africa, Ægypto, Babylonia *Romech*, nulla terrarum alibi *ſemicah* fuiſſet. At contrarium, quæ c.21. notata; monſtrant exempla. Quàm in Orientalibus, de quibus poſt Academiis frequens & diutina *ſemicah* hæc? Quaſi tamen certum foret hoc, infert Elias, reſiduos, qui poſt *Marbitſe thorah* fuerunt; Rabbinos, non *Rabbinos*, ſed ſimpliciter vocatos *Sapientes.* Sed eum in R. Abrahæ *Cabbala*, & in *Iuchaſim* refellunt tam multi, vt eos ſuperuacaneum ſit, memorare, cum vel vnus *Raſchi*, non *Rabbi* modo, ſed & *Rabbenu* quandoque appelletur & *hal ciſſo* ſuper

in Rubats. Iuch. 66. f.162. b.

eius

eius throno ſederit etiam Rabbenu Iacob filius eius, qui vocatus *Rath* ſeu R. *Tham.* eodemq; tempore, ſub mundi annum plusquã quater milleſimum octingenteſimum & *Iuch. 163. ſup. c. 11.* ſexageſimum, CHRISTI verò Domini annum amplius milleſimum & centeſimum R. Abraham Abenezra, R. Abraham Maimonides, R. Calonymus Romanus, & alii *104.* tot & tanti apud Iudæos ipſos *Rabbini.* Reſpondebat Morenu quidam *ſemicam* aliam eſſe, quæ in mactandis victimis fieret: has verò extra templum, quod extra terram ſanctam nullũ; nullas eſſe conſtat. Sed de Rabbinica *ſemica* loquitur Elias. An per catachreſin, *[illegible]* vt ſequẽti patebit capite, alibi *ſemica* eſt?

CAPVT XXIV.

Quomodo, & quibus in Germaniæ locis iam creentur Rabbini?

In quinto ſæpius citatæ ad Iudæos alios epiſtolæ capite queruntur Francofurtenſes Archiſynagogi, non vſitari hoc tempore in Germania, quæ apud veteres viguiſſet; *ſemicham* ſeu χειροθεσίαν. ideoque tria nunc ſanciunt, vel potius, vt videri volunt; antiquata renouant. I. *Nullus in Germania Morenu* ſeu *Magiſter noſter cenſetor, niſi Archirabbinorum trium, qui in Germania thopheſe ieſchibah,* id eſt, *qui Academiam tenent, conſenſus approbatioq;*

acce-

accedat. II. *Nullus Chaber* (is poſtea explica- c.15.
bitur) *habetor, cui ab aliquo, extra Germaniam, manus impoſita ſit.* III. *Nullus item Bachur cre- tor, niſi poſt coniugij annum alterum: maximè ſi non habitet is bimkon ieſchibah, in loco vbi Aca- lemia eſt: vt interea explorari, cognoſciue poſsit, uam in mundo vitam agat, & an in timore Dei oceat, eiuſq; ſtudio & operâ proficiant & confir- nentur diſcipuli.* Ex quibus patet, ipſius *ſemi- ah* gradus ab iis fieri tres. 1. & ſummus eſt *Morenu*, quemadmodum in Academiis no- tris eſt SS. Theologiæ Doctor, Magiſter no- ter. 2. *Chaber*, quem Iudæi ipſi in Germani- a ſuæ illius epiſtolæ verſione vocant einen ſchlechten Rab. & cum Licentiatis noſtris onferri poteſt. 3. & infimus, eſt *Bachur*, quẽ ropter nonnullam, gradus ſimilitudinem, ım olim primos in Herbipolitana Acade- nia Baccalaureos renunciarem; cum Acade- an. 1582.
nico noſtro contuli Baccalaureo. Sed in- lligendum præterea 1. inter ipſos *Morenu* iſcrimen eſſe. Nam vnus eſt, qui omnium inceps eſt. Reliqui eo inferiores, quales odo Wormatiæ forte tres. 2. Fiunt *Mo- nu* ex Rabbinis. & quia hi, poſteaquam l Rabbinatum elati ſunt, nullius iam bſunt præceptoris diſciplinæ: poſſuntque nos iſto modo plures permanere; fit, vt ſi *orenu* fieri debeant, examinari eos opor- at: & quidem ferè à tribus aliis *Morenu.*

3. Qui

3. Qui autem Rabbini fiunt, non examinantur: ſed iis Magiſtrorum ſuorum de ipſorum profectu & eruditione teſtimonium ſatis eſt: ſiue id illi verbo præſentes, ſiue litteris commendatitiis abſentes ferant. Ex longa enim eorum inſtitutione, ſermone, conſuetudine putantur illi perſpectam ſatis horum habere doctrinam, mores, ac ingenium. & verò in Magiſtri dedecus redundat, ſi Rabbinatu ineptum indoctumq; honeſtet. 4. Vtuntur quidem Iudæi vetuſta hac voce *ſemicah* (nam & Germanicè vulgò dicunt einem das ſchmiches geben/pro *Rabbinum facere*) à nullo tamen reuera imponuntur manus: ſed ſolis tota peragitur verbis fabula, vt paulò poſt patebit. 5. Promotor ſemper eſſe debet *Morenu*, vel ſummus, vel inferior alius, ab ipſo tamen Iudæorum cœtu lectus vel probatus. Nullus enim *Rab* ſimplex Rabbini creandi poteſtatem habet. 6. Promotionis locus eſt ſynagoga; dies, ferè ſemper ſabbathum, quo & conuentus frequentior & feſtior eſſe conſueuit. 7. Modus denique hic. Die, vt iam dixi, ſabbathi ſtans *Morehnu* ante *Thorah* ſeu potius Nomothecam, totum præſentem Iudæorum cœtum affatur, & ait: *Talem & talẽ N. N. multos iam annos in legis ſtudio diligenter ac fructuosè impendiſſe: dignum iudicari, qui Rabbini* (aut ſi forte Rabbinus iam eſſet, *Moreni*) *honore præmioq; afficiatur.* tumque contenta voce illum è turba euocat: *Huc*, inquit, *ad me veniat*

ueniat Iſaac bar Abraham Kimchi. vbi verò ad
um venit, ei quod populo ſtatim legat, præ-
cribit. Legit ille: ac tum ex eo ipſo momen-
o vel Rabbi, vel Morenu ab omnibus habe-
ur. Quod ſi forte in aliam, remotamque a-
iquam regionem is qui lauream hanc inde-
ctus; proficiſci velit, ei ſemicæ ſeu laureæ ac-
eptæ datur à *Morenu* promotore teſtimoni-
im. *Cum hic Iſaac bar Abraham in lege perdi-
enda feliciter annos complures verſatus ſit, val-
eq; diligentiam & eruditionem nobis probarit,
go N. Morenu creaui eum Rabbinum. petoq; vt
alis ab omnibus habeatur.* Hiſque ac ſimilibus
ubſcribit idem Morenu nomen ſuum. Hæc
erè Rabbinorum & Morenorum creando-
um hodierna ratio.

CAPVT XXV.

De Rabbinorum Collegis.

QVi Rabbini alicuius collega eſt, eo ta-
men inferior, vocari conſueuit illius
haber, id eſt, ſocius, & collega. Scalig. verò in
Trihæreſii Elencho de Chabero iſto iſta do-
et. 1. *Poſt impoſitionem manus, non ſtatim dice-
atur Magiſter, quamuis magiſterij gradu auctus:
d tantum vocabatur Chaber. 2. In eadem ſigni-
catione Græcis eſt* γνώριμος, *vt* Σπεύσιππος
γνώριμος Πλάτωνος. 3. *ſignificat diſcipulum, nō
tiq; tironem, ſed qui docere poſſit. 4. Cicero ver-
t familiarem. 5. Quamdiu erat Chaber, is nun-
uam ſedebat doctore ſuo ſedente, ſed proiectus in* p. 77.

pauimẽto.In c.1.Berachoth:ſedente Magiſtro Eleazaro, Magiſter Iſmael proiectus in latus iacebat. Nempe,inquit,*quod erat Chebero*,id eſt,*ſcholaſticus ipſius R.Eleazari.* Sed 1. illud falſum videtur:quia poſt impoſitionem manus,poterat quilibet vocari *Magiſter*, ſeu *Rab* & *Rabbi*, ſed non ſtatim *Magiſter noſter* ſeu *Morenu*. Hoc enim multo quàm illud, dignitatis habet plus,vt ſupra vidimus. Nam ſanè plurimi, qui *Cheberim* fuerunt iidem,cùm tales adhuc eſſent,Rab & Rabbi appellantur. Teſtis ipſe hic,qui à Scaligero citatur R.Eleazari ſocius Iſmael. qui disertè *Rabbi* & ab ipſomet Scaligero *Magiſter* vocatur. Et quomodo Scaligeriana iſta cohærẽt,*Magiſterij gradu auctus erat*, ſed *Magiſter non erat? Dictum ei erat,Magiſter eſto:& Magiſter nondum erat?* Imò verò *Magiſter erat*, ſed *non Magiſter noſter* erat: *Rab* & *Rabbi* erat,ſed non *Rabbenu* aut *Morenu*. quemadmodum ſuperiori etiam capite Germanica indicabat nomenclatio. Clarè id ſignificat etiam Elias,dum ait: *Cuicumque ad magiſteriũ manus impoſita eſt, & tamen vt dogma doceat, ad Morenu harab vocationem accipiendam, nondum dignus eſt; eum vocare ſolent Chaber harab.* Et alibi: *De eo,qui factus eſt Rab,vel Chaber Rabbini alicuius ſolent dicere, Niſmach lerabbanuth*, i.e. *ei ad Rabbanatum manus impoſita eſt: Vel, Nathenu lo ſemicuth ò ſemicah.* id eſt: *Ei τὴν χειροθεσίαν impertierunt.* Quemadmodũ enim Gallicæ Academiæ duplicis generis Doctores nomi-

[margin: s.4.& 5.]
[margin: Th.Chaber.]
[margin: Samach.]
[margin: In.c.4. Ac.p. 37.]

nominant, *Regentes*, & *non regentes.* ſeu qui actu docent, & qui actu non docent, illosq; pluris faciunt, ita Iudæis *Rabbenu* aut *Morenu* maior, quã *Rab* & *Rabbi*. qui idẽ eſſe poteſt illius *Chaber*. In *ſecundo* autẽ, concedendũ non eſt, reciprocari alicuius Chaber & γνώειμον. Nã iſte tantũ alicuius γνώειμος dicitur, qui eius diſcipulus eſt, ſeu vt ait Plutarch. ὁ μαθητὴς, vt Suidas, ὁ φοιτητής, quemadmodũ Platonis γνώειμος Speuſippus, Ariſtarchi Ptolemæus. At *Chaber* ſæpe eſſe poteſt, qui illius nunquam fuit diſcipulus: ſed alius alicuius Magiſtri. Hinc illæ Rabbinorũ inter ſe velitationes, An Samai fuerit Hillelis aliquando diſcipulus, an verò Chaber tantum? An item R. Iſmael Akibæ diſcipulus tantũ, an & chaber? Quomodo R. Ioſe aliquãdo *Rab*, aliquãdo *chaber* appelletur? Qui verò alicuius *chaber* eſt, & eiuſdẽ tamẽ diſcipulus fuit, is non rarò coniunctè *Thalmid chaber* dicitur, vt de Samai reſpectu Hillelis paulò ante dictũ, & de Rab Chaſda reſpectu Rab Hunę, refert Rabadus. hinc de *tertio* & *quarto* quid ſentiendũ ferè liquet. in *quinto* autẽ exiſtimo vnum Iſmaelis exemplũ haud cuiquã perſuaſurũ, nunquam fuiſſe chabero, ſeu ſocio, &, vt vult Scalig. familiari ſeſsũ capere, niſi cũ ſeſsũ cepiſſet is, qui ſocius & familiaris. Vna hirundo non efficit ver. Ad extremum verò, duplicem adhuc in re litteraria vocis huius *chaber* vſum noto. Vnus eſt, vt cõdiſcipulum ſignificet

lib. de virt. Mor.

Steph. Aſcal.

Iuch 16.149. 25.29.68.

Kab. 75.b.

61.

Pirck.c.5. vt cùm ait Ribbi Nehorai: *Vade ad locum legis, & ne dixeris, vt hæc ſequatur te. quia cheberecha*, id eſt, *ſodales tui eam in manibus tuis ſtabilient*. Et alius: *Qui mechebero*, id eſt, *à ſocio* ib.c.6. *ſuo caput vnum, aut lectionem vnam, aut verſum vnum, aut verbum vnum diſcit, tenetur illi honorem deferre*. Alter in Gemara eſt, *vt omnis, qui* Th.Chab. ham haarets. *è vulgo non eſt, ſeu qui omnino illiteratus non eſt, chaber vocetur.*

CAPVT XXVI.

De Rabbinorum diſcipulis.

CORrelatiua ſunt *magiſter* & *diſcipulus*. Cum de Magiſtris actũ igitur ſit, de diſcipulis verbulum quidni addatur? Eſt autem diſcipulus *thalmid*. qui ſi valdè puer ſit, Iob. 3. *Ianik* in Thargum vocatur: & *Katon*, vt R. Iſmael f. Eliſæ in captiuitatem abductus eſt *Katon* pulcher valdè. quanquam in hoc nomine non tam ætatis ſemper, quàm minoris in eruditione progreſſus ratio interdum habetur. vt *Dixit Rab, cùm eſſem katon, legebam* Sc.El.75. *corã R. Iuda in volumine Eſther*. Et fortaſſe idcirco, modeſtię causâ, voluit *katõ* vocari Samuel ille, cuius pulchra, de gaudio ex aduerſariorum Pirk.c.4. morte non capiendo, extat ſententia: & de quo, cur *paruus* dictus ſit, toties inquirit Iuch. Zacuthus. Pulchrũ verò & illud Ribbi Ioſæ apohthegma. *Qui diſcit min bakketannim*, id

eſt,

eſt, *à iunioribus, cuinam ſimilis eſt? Ei nempe qui vuas immaturas edit: & ex ipſo torculari muſtum bibit.* Qui verò in eodem doctrinæ ſtudio ita procedit, vt ad diſcendum, olimq; docendũ ectus quodammodo & aptus videatur, is *Bechir* & *Bachur*, de quo ſuprà, nuncupatur. c. 14.
Quandiu verò, inquit Scaliger, *erat quis bachur,* Elen. 76.
vocabatur de nomine Patris, non addito nomine proprio. Poſt χειροθεσίαν dicebatur R. Ioſua ben Bethira: ante chirotheſian, tacito nomine Ioſuæ, tantum ben Bethira, ben Eliezer. At quàm multi nomine proprio ex iſtis affecti? Neque enim, quod in circũciſione, vt ab aliis diſcriminarentur, acceperant, in iis omninò tunc ociosum, & caſſum. Dixi quis *thalmid chaber,* ſed qui ſæpè, in Beniamini præſertim Itinerario, ſub oculos venit, & cuius ante promiſſa ſup. c. 11.
explicatio; *Thalmid chacam* quiſnam eſt? Reſpondent Hebræi tripliciter. 1. eſſe diſcipulũ Sapientis. quaſi foret *thalmid ſchel chacam.* 2. eſſe diſcipulum iam ſapientẽ, ſeu qui ex diſcipulo ſit magiſter. 3. eſſe magiſtrum & doctorẽ, ſed qui modeſtiæ ac demiſſionis cauſâ, ita nuncupetur. quemadmodũ qui apud Græcos ante Pythagoram σοφοὶ & *ſapientes* erant, ii ab hoc ipſo *Philoſophi* cœperunt, indice Tullio, nominari, id eſt, *ſapientiæ ſtudioſi.* Tuſc. 5.
Atq; hoc ab Elia ſic expoſitum. Vniuersè verò dicti aliquando qui diſcebant, *filij ſapientum,* vti & olim *filij Prophetarum.* Thiſ. ſup. c. 5.

CAPVT XXVII.

De Rabbinicorum diſcipulorum variis generibus.

NOlo minutas Rabbinicorũ diſcipulorum diſtinctiones omnes perſequi: ſed aliquas duntaxat, quas neq; iniucundè, neq; inutiliter in *Pirke auoth,* ipſi tradidere Rabbini. Ac I. *quidem,* Diſcipulorum alii diſcunt
c. 4. à iuuenibus, à ſenibus alii. Illi, vt ex Ribbi Ioſe antea citabam, *ſimiles ſunt ijs, qui vuas immaturas edunt: ac turbidum è torculari muſtum bibũt. Hi verò ſimiles, iis qui vuas edunt maturas, vinumq́ bibunt vetus.*

II. Diſcipulorum alii diſcunt, cum ætate adhuc minores ſunt, alii cum adultiores, an-
ibid. nisq́; prouectiores. *Illi,* ait Eliſa f. Abuiæ, *ſimiles ſunt atramento, quod in charta noua ſcribitur: hi verò, atramento, quod in bibula.*

cap. 5. III. Dicebat filius Bagbag: *Puer, qui annorum eſt quinque applicari debet ad Mikram: ſeu ſacræ ſcripturæ textum. Qui annorum decem, ad Miſnam.* de qua ſuprà: *Qui annorum XIII. ad præcepta: Qui annorum XV. ad Thalmudem.*

ib. IV. Ex ingenii varietate, quadruplices diſcipuli ſunt. Alii cito diſcunt, & cito, quod didicere, amittunt: Alii tardè diſcunt, tardeque, quod didicere, amittunt. Alii cito diſcunt, & tardè amittunt. Alii deniq; tardè diſcunt,

Digitized by Google

liſcunt, & cito amittunt. *In prioribus duobus ſt commodi ac incommodi quædam compenſatio. ertii ſunt feliciſſimi : quarti omnium miſerimi.*

V. Eorum, qui ſcholam ingredi deberent, ibid. uatuor ex effectu conſtituuntur genera. Quidam ingreditur, & non facit, quod ibi locetur. Alius facit quod docetur, ſed rariùs ngreditur. Alius & ingreditur & facit. Aius denique nec ingreditur, nec facit. *Primus ſuæ illius ingreſſionis mercedem tantum acipit : ſecundus operis : tertius vtriuſque; & hic haſid ſeu pius eſt, vel Haſidæus :quartus improbus ſt.*

VI. Rurſus, eorum qui coram Sapientiius, diſcendi causâ, ſedent, quatuor formæ unt. Vel enim *ſpongia* ſunt, vel *clepſydra*, vel *æcum ſaccus*, vel *cribrum*, quod volaticam ſciet farinam, melioremq; ac ſimilam retinet. *ſpongia* ſunt, *qui ſugendo attrahunt omnia, bona & mala. Clepſydra, qui quod aure vna excipiunt, alterâ ſinunt effluere. Fæcum ſaccus, qui ſolas retinent fæces, bonum verò vinum patiuntur effluere. Cribrum verò, qui quæ nihili unt, prætermittunt, bonamque retinent fariam.*

VII. Deniq; *Abrahæ* patris noſtri *diſcipuli* alii ſunt, alii verò ipſius *Balaam impii*. Illi ſunt, in quib. cernuntur tria hæc: *haiin tobah, ruach nemucah, nepheſch ſchephalah*, id eſt, *oculus bonus, ſpiritus contritus, anima humilis.*

Digitized by Google

Hi verò in quibus tria contraria; *haiin rahah, ruach geuahah, nepheſch ketſarah.* id eſt, *oculus malus, ſpiritus elatus, anima curta.* Vocant etiam *Aaronis diſcipulos* eos, *qui pacem ſectantur, & humani ſunt* prout notaui. Trih. l.2.c,17.

c.1.Pirk.

CAPVT XXVIII.

De diſcipulorum erga Rabbinos ſuos obſeruantia.

DE diſcipulorũ erga Magiſtros officio, pietate, omniq; obſeruantia præcipit more ſuo non indiligenter in Helacah *Thalmud Thorah* Ægyptius R. Moſes. ſed vna vel altera è *Pirke*, ſententia, & paucula ex Hebræorũ ipſorũ morib. ac inſtitutis notanda. Et huc 1. pertinet, quod ſuprà iam allatum, eum etiam, à quo vel verbum vnum diſcitur, honore afficiendum. Quãto magis à quo quamplurima diſcuntur, omni officio ac pietate colendus?

lib.1.Hol.8. c.25.

2. Ioſe filius Ioezeris egregia præcepta tria dat. I. *Domus tua ſit domus in qua congregentur ſapientes.* II. *Teipſum pulueriza in pedũ illorum puluere.* ſeu, fac vt ad eorum pedes ac veſtigia totus adhæreſcas. etiamſi puluere illa inquinata ſint, tuque ſimiliter inquineris. III. *Eorundem verba bibe cum ſiti.* perauide ſcilicet ac perdiligenter.

c.1.Pirk. Trih.l.2.c.17.

3. Inter

3. Inter proficiendi modos recenſetur *himmuſch checamim*, id eſt, obſequium, ope- ca.6.
rq; famularis, quæ ſapientibus defertur.

4. Audiebant diſcipuli Magiſtros ma- Rambam l.1.
no ſilentio, ſic vt in ſchola ne ſternutanti hel.3. c.4 f.20
uidem precanda neceſſariò ſalus eſſet.

5. Ad Magiſtrorum pedes ferè ſedebant. ca.27.
l paulo ante ſatis fecit perſpicuum ſexta di-
ipulorum diuiſio, & Ioſe ſapiens; ſed mul-
) magis noſter S. Paulus, dum ait: *Secus pedes* Act. 22. 3.
amaliel eruditus iuxta veritatem paternæ legis. d. Chry 1. Cor. 5.
lemq; in Latino Philonis Interprete aſſeri- lib. Quod omnis probus
ır, hoc modo: *Pro ætatis ordine, iuniores ad ſe-* Liber.
orum pedes conſidunt. Sed in Græco, quem
iàs textum ſecutus ſum, tantummodo ſic: Trib. l.3. c. 15.
θ' ἡλικίας, εὐτάξιον ὑπὸ πρεσβυτέροις νέοι κα-
ζονται. Apud Romanos ſimile quid, anti-
ıis fuiſſe moribus, monſtrat, qui ait: Bacch. act. 3.

Cincticulo præcinctus in ſella apud Magiſtrum
aſſideres
Tum librum legeres.

6. Aliqui etiam in pauimento proiecti
gebant. *Diſcipulus*, ait Scaliger, *legebat proie-* El. 75.
us in ſolo, διερριμμένος ἐν ἐδάφει: mutal bekar-
ıa. qui & mortuis etiam tribui ſolet ſitus, vt
ım ait Ribbi Simeon Eleazari filius: *Ne con-* Pir. c. 4.
leris cheberach ſodalem tuum, in hora, qua mor-
us eius mutal lephanau, id eſt, *coram ipſo*
cet.

7. Si quando coram Rabbino ſtabant,
ngius ab eo, reuerentiæ cauſa, ſtabant vt in

Digitized by Google

citata helacah docet Rambam capit. 5. Et verò ſi Rabbino ſedente non audebat interdum *Chaber* aliquis ſedere, vti relatum ſuprà, quid reuerentiæ illi non faceret diſcipulus? *Aſſurgendum*, inquiunt Thalmudici, *Magiſtro quam longè videri poteſt*. Et, *Qui coram Magiſtro ſuo non ſtat, impius vocatur: vitam ſuam curtat: & Thalmudis obliuiſcitur.*

cap. 25. in Naſchim.

8. A Magiſtrorum ſuorum dogmatis diſcedere, ipſosq; reprehendere haud ſolebant. adeò, vt quia quibuſdam in rebus Akibam reprehendit R. Iſmael, colligant in Iuchaſin Rabbini quidam, eum illius diſcipulum non fuiſſe. Quia reſtitit R. Iſmaeli, *in ieſchibah* Abazan, ideo eum aiunt Thalmudici, *lepra percuſſum*, duoſque ipſius *filios ſubmerſos*: *R. Papam* verò, quia mortuo R. Samueli oblocutus eſt, pænè *à tegula*, quæ è tecto decidit; *obtritum*.

in Naſchim. in Beracoth. f. 29.

9. Imo ſi quid ſcitu dignum, quod à preceptore accepiſſent, alicubi poſtea recitabant, ad huius auctoritatem, cum honorifica nominis præfatione, id referebant libenter, adeò vt exiſtimarent nonnulli, hanc vnam eſſe notam, qua dignoſceretur, quis cuius diſcipulus fuiſſet, ſi nimirum ille *beſchem rabbi peloni*, vel *miſchum & miſchem* illius, id eſt, *in nomine*, vel *ex nomine illius aliquid diceret*. Atque hoc quidem frequentiſſimum eſt, nō tamen perpetuum, cum hoc loquendi modo interdum etiam vtantur, qui diſcipuli

i alicuius non fuere: ſed ab illius diſcipu-
ıc poſteris didicere, vt oſtendit alicubi li- *f.49.b.*
Iuchaſin. Laudatur verò in Pirke is diſci- *cap.6.*
ıus, *qui ſuum præceptorem facit ſapientem: qui*
am eius famam tuetur ac firmat: qui *dicit a-*
iid in illius qui ipſi quandoq; dixit, En didici-
iomine. tandemq; concluditur. *Quicunque*
t aliquid in eius qui hoc dixit ſeu olim docuit
iine, is in mundum redemptionem adducit.
idam ſcilicet mũdi redemptor, à peſſimo-
e ingratitudinis malo ſaluator ac vindex.
exemplo Eſtheris, quæ in nomine Mardo- *c.2.Eſth.*
ei Regi nonnulla ſignificauit, probant eo-
m loco Rabbini. Sæpè verò apud hos *Epi-* *Pirk.c.6.*
us inuenitur: & tamen, quia litteraturæ
æcæ aut Latinæ ignari ſunt, inter eos quæ-
um ſæpè, quis eſſet *Epicurus*, eumq; ſæpius, *in Thiſbi.*
l aliqua fere cum Iudaica inſcitia explicat
ias. Sed *R. Papa* eum vocabat *Epicurum*,
ii dicit *Magiſtri*, non autem, *Magiſtri noſtri*,
talis, aiebat, *nunquam habebit partem in fu-*
ro ſeculo. Contigit verò, vt ipſemet iſto ſe-
el modo loqueretur. Sed, eam ob culpam,
ɔi pœnitentiam iniunxit, ac in ieiunio
dit. At *R. Naaman Epicurum* vocat, vel qui
ite Magiſtrum ſedet: vel ſi Magiſtrum citat,
ım ſimpliciter citat, cũ dicere debeat; *Hoc*
r illud dicit Dominus meus, vel deniq; ipſum
roprio nomine ſuo *ſolo* appellat. Eſt in Cathe-
lralis Eccleſiæ Wormacienſis Bibliotheca
nanuſcriptus liber de Iudæorum rebus, O-
donis

pauimēto.In c.1.Berachoth:ſedente Magiſtro Eleazaro, Magiſter Iſmael proiectus in latus iacebat. *Nempe*,inquit,*quod erat Chebero*,id eſt,*ſcholaſticus ipſius R.Eleazari.* Sed 1. illud falſum videtur:quia poſt impoſitionem manus,poterat quilibet vocari *Magiſter*, ſeu *Rab* & *Rabbi*, ſed non ſtatim *Magiſter noſter* ſeu *Morenu*. Hoc enim multo quàm illud , dignitatis habet plus,vt ſupra vidimus. Nam ſanè plurimi, qui *Cheberim* fuerunt iidem,cum tales adhuc eſſent,Rab & Rabbi appellantur. Teſtis ipſe hic,qui à Scaligero citatur R.Eleazari ſocius Iſmael. qui diſertè *Rabbi* & ab ipſomet Scaligero *Magiſter* vocatur.Et quomodo Scaligeriana iſta cohærēt,*Magiſterij gradu auctus erat*, ſed *Magiſter non erat? Dictum ei erat,Magiſter eſto*:& *Magiſter nondum erat?* Imò verò *Magiſter erat*, ſed *non Magiſter noſter* erat: *Rab* & *Rabbi* erat,ſed non *Rabbenu* aut *Morenu*. quemadmodum ſuperiori etiam capite Germanica indicabat nomenclatio. Clarè id ſignificat etiam Elias,dum ait: *Cuicumque ad magiſteriū manus impoſita eſt, & tamen vt dogma doceat,ad Morenu harab vocationem accipiendam,nondum dignus eſt;eum vocare ſolent Chaber harab.* Et alibi: *De eo,qui factus eſt Rab,vel Chaber Rabbini alicuius ſolent dicere, Niſmach lerabbanuth*, i.e. *ei ad Rabbanatum manus impoſita eſt: Vel, Nathenu lo ſemicuth ò ſemicah.* id eſt: *Ei τὴν χειροθεσίαν impertierunt.* Quemadmodū enim Gallicæ Academiæ duplicis generis Doctores nomi-

c.4.& 5. — *Th. Chaber.* — *Samach.* — *In c.4. Ac.p. 37.*

ominant, *Regentes*, & *non regentes*. ſeu qui
tu docent, & qui actu non docent, illosq;
uris faciunt, ita Iudæis *Rabbenu* aut *Morenu*
aior, quã *Rab* & *Rabbi*. qui idẽ eſſe poteſt il-
is *Chaber*. In *ſecundo* autẽ, concedendũ non
, reciprocari alicuius Chaber & γνώειμον.
ã iſte tantũ alicuius γνώειμος dicitur, qui e-
s diſcipulus eſt, ſeu vt ait Plutarch. ὁ μαθη- *lib. de virt. Mor.*
, vt Suidas, ὁ φοιτητής, quemadmodũ Pla-
nis γνώειμος Speuſippus, Ariſtarchi Ptole- *Steph. Aſcal.*
eus. At *Chaber* ſæpe eſſe poteſt, qui illius
mquam fuit diſcipulus: ſed alius alicuius
agiſtri. Hinc illæ Rabbinorũ inter ſe veli-
iones, An Samai fuerit Hillelis aliquando *Iuch 16.149. 25.29.68.*
cipulus, an verò Chaber tantum? An item
Iſmael Akibæ diſcipulus tantũ, an & cha-
? Quomodo R. Ioſe aliquãdo *Rab*, aliquã- *Kab. 75.b.*
chaber appelletur? Qui verò alicuius *chaber*
, & eiuſdẽ tamẽ diſcipulus fuit, is non rarò
unctè *Thalmid chaber* dicitur, vt de Samai
pectu Hillelis paulò ante dictũ, & de Rab
aſda reſpectu Rab Hunę, refert Rabadus. *61.*
hinc de *tertio* & *quarto* quid ſentiendũ ferè
uet. in *quinto* autẽ exiſtimo vnum Iſmaelis
mplũ haud cuiquã perſuaſurũ, nunquam
iſſe chabero, ſeu ſocio, &, vt vult Scalig.
iliari ſeſsũ capere, niſi cũ ſeſsũ cepiſſet is,
ſocius & familiaris. Vna hirundo non ef-
t ver. Ad extremum verò, duplicem ad-
in re litteraria vocis huius *chaber* vſum
oto. Vnus eſt, vt cõdiſcipulum ſignificet

Digitized by Google

Pirck.c.5. vt cùm ait Ribbi Nehorai: *Vade ad locum legis, & ne dixeris, vt hæc ſequatur te. quia cheberecha*, id eſt, *ſodales tui eam in manibus tuis* ib.c.6. *ſtabilient*. Et alius: *Qui mechebero*, id eſt, *à ſocio ſuo caput vnum, aut lectionem vnam, aut verſum vnum, aut verbum vnum diſcit, tenetur illi hono-* Th. Chab. ham haarets. *rem deferre*. Alter in Gemara eſt, *vt omnis, qui è vulgo non eſt, ſeu qui omnino illiteratus non eſt, chaber vocetur.*

CAPVT XXVI.

De Rabbinorum diſcipulis.

CORrelatiua ſunt *magiſter* & *diſcipulus*. Cum de Magiſtris actũ igitur ſit, de diſcipulis verbulum quidni addatur? Eſt autem diſcipulus *thalmid*. qui ſi valdè puer ſit, Iob. 3. *Ianik* in Thargum vocatur: & *Katon*, vt R. Iſmael f. Eliſæ in captiuitatem abductus eſt *Katon* pulcher valdè. quanquam in hoc nomine non tam ætatis ſemper, quàm minoris in eruditione progreſſus ratio interdum ha- Sc. El. 75. betur. vt *Dixit Rab, cùm eſſem katon, legebam corã R. Iuda in volumine Eſther*. Et fortaſſe idcirco, modeſtię causâ, voluit *katõ* vocari Samuel Pirk.c.4. ille, cuius pulchra, de gaudio ex aduerſariorum morte non capiendo, extat ſententia: & Iuch. de quo, cur *paruus* dictus ſit, toties inquirit Zacuthus. Pulchrũ verò & illud Ribbi Ioſæ apohthegma. *Qui diſcit min bakketannim*, id

eſt,

ſt, *à iunioribus, cuinam ſimilis eſt? Ei nempe qui uas immaturas edit: & ex ipſo torculari muſtum ibit.* Qui verò in eodem doctrinæ ſtudio ita rocedit, vt ad diſcendum, olimq; docendũ ectus quodammodo & aptus videatur, is *echir* & *Bachur*, de quo ſuprà, nuncupatur. c. 24
uandiu verò, inquit Scaliger, *erat quis bachur, ocabatur de nomine Patris, non addito nomine roprio. Poſt* χειροθεσίαν *dicebatur R. Ioſua ben ethira: ante chirotheſian, tacito nomine Ioſuæ, ntum ben Bethira, ben Eliezer.* At quàm mul- nomine proprio ex iſtis affecti? Neque e- im, quod in circũciſione, vt ab aliis diſcri- inarentur, acceperant, in iis omninò tunc ciosum, & caſſum. Dixi quis *thalmid chaber*, d qui ſæpè, in Beniamini præſertim Itine- rio, ſub oculos venit, & cuius ante promiſſa xplicatio; *Thalmid chacam* quiſnam eſt? Re- ondent Hebræi tripliciter. 1. eſſe diſcipulũ apientis. quaſi foret *thalmid ſchel chacam.* eſſe diſcipulum iam ſapientẽ, ſeu qui ex di- cipulo ſit magiſter. 3 eſſe magiſtrum & do- torẽ, ſed qui modeſtiæ ac demiſſionis cau- â, ita nuncupetur. quemadmodũ qui apud Græcos ante Pythagoram σοφοὶ & *ſapientes* e- ant, ii ab hoc ipſo *Philoſophi* cœperunt, indi- e Tullio, nominari, id eſt, *ſapientiæ ſtudioſi.* Atq; hoc ab Elia ſic expoſitum. Vniuerſè ve- ò dicti aliquando qui diſcebant, *filij ſapien- um*, vti & olim *filij Prophetarum.*

Elen.76. *ſup.c.11.* *Tuſc. 5.* *Thiſ.* *ſup.c.5.*

Digitized by Google

CAPVT XXVII.

De Rabbinicorum diſcipulorum variis generibus.

NOlo minutas Rabbinicorũ diſcipulorum diſtinctiones omnes perſequi: ſed aliquas duntaxat, quas neq; iniucundè, neq; inutiliter in *Pirke auoth*, ipſi tradidere Rabbini. Ac I. *quidem*, Diſcipulorum alii diſcunt
c. 4. à iuuenibus, à ſenibus alii. Illi, vt ex Ribbi Ioſe antea citabam, *ſimiles ſunt ijs, qui vuas immaturas edunt: ac turbidum è torculari muſtum bibũt. Hi verò ſimiles, iis qui vuas edunt maturas, vinumq́ bibunt vetus.*

II. Diſcipulorum alii diſcunt, cum ætate adhuc minores ſunt, alii cum adultiores, an-
ibid. niſq; prouectiores. *Illi*, ait Eliſa f. Abuiæ, *ſimiles ſunt atramento, quod in charta noua ſcribitur: hi verò, atramento, quod in bibula.*

cap. 5. III. Dicebat filius Bagbag: *Puer, qui annorum eſt quinque applicari debet ad Mikram: ſeu ſacræ ſcripturæ textum. Qui annorum decem, ad Miſnam.* de qua ſuprà: *Qui annorum XIII. ad præcepta: Qui annorum XV. ad Thalmudem.*

ib. IV. Ex ingenii varietate, quadruplices diſcipuli ſunt. Alii cito diſcunt, & cito, quod didicere, amittunt: Alii tardè diſcunt, tardeque, quod didicere, amittunt. Alii cito diſcunt, & tardè amittunt. Alii deniq; tardè diſcunt,

liſcunt, & cito amittunt. *In prioribus duobus ſt commodi ac incommodi quadam compenſatio. ertii ſunt feliciſſimi : quarti omnium miſerimi.*

V. Eorum, qui ſcholam ingredi deberent, quatuor ex effectu conſtituuntur genera. Quidam ingreditur, & non facit, quod ibi docetur. Alius facit quod docetur, ſed rariùs ngreditur. Alius & ingreditur & facit. Aius denique nec ingreditur, nec facit. *Primus ſuæ illius ingreſsionis mercedem tantum acipit : ſecundus operis : tertius vtriuſque; & hic haſid ſeu pius eſt, vel Haſidæus : quartus improbus ſt.* ibid.

VI. Rurſus, eorum qui coram Sapientibus, diſcendi causâ, ſedent, quatuor formæ unt. Vel enim *ſpongia* ſunt, vel *clepſydra*, vel æcum ſaccus, vel *cribrum*, quod volaticam ſciet farinam, melioremq́; ac ſimilam retinet. *Spongia* ſunt, *qui ſugendo attrahunt omnia, bona & mala. Clepſydra, qui quod aure vna excipiunt, alterâ ſinunt effluere. Fæcum ſaccus, qui ſolas retinent fæces, bonum verò vinum patiuntur effluere. Cribrum verò, qui quæ nihili ſunt, prætermittunt, bonamque retinent farinam.*

VII. Deniq; *Abrahæ* patris noſtri *diſcipuli* alii ſunt, alii verò ipſius *Balaam impii.* Illi ſunt, in quib. cernuntur tria hæc: *haiin tobah, ruach nemucah, nepheſch ſchephalah*, id eſt, *oculus bonus, ſpiritus contritus, anima humilis.*

Digitized by Google

Hi verò in quibus tria contraria; *haiin rabah, ruach geuahah, nepheſch k^etſarah.* id eſt, *oculus malus, ſpiritus elatus, anima curta.* Vocant etiam *Aaronis diſcipulos* eos, *qui pacem ſectantur, & humani ſunt* prout notaui. Trih. l.2.c.17.

c.1.Pirk.

CAPVT XXVIII.

De diſcipulorum erga Rabbinos ſuos obſeruantia.

lib.1.Hol.8. DE diſcipulorũ erga Magiſtros officio, pietate, omniq; obſeruantia præcipit more ſuo non indiligenter in Helacah *Thalmud Thorah* Ægyptius R. Moſes. ſed vna vel altera è *Pirke*, ſententia, & paucula ex Hebræorũ ipſorũ morib. ac inſtitutis notanda.

c.25. Et huc 1. pertinet, quod ſuprà iam allatum, eum etiam, à quo vel verbum vnum diſcitur, honore afficiendum. Quãto magis à quo quamplurima diſcuntur, omni officio ac pietate colendus?

c.1.Pirk. Trih.l.2.c.17. 2. Ioſe filius Ioezeris egregia præcepta tria dat. I. *Domus tua ſit domus in qua congregentur ſapientes.* II. *Teipſum pulueriza in pedũ illorum puluere.* ſeu, fac vt ad eorum pedes ac veſtigia totus adhæreſcas. etiamſi puluere illa inquinata ſint, tuque ſimiliter inquineris. III. *Eorundem verba bibe cum ſiti.* perauide ſcilicet ac perdiligenter.

3. Inter

3. Inter proficiendi modos recenſetur *ſchimmuſch checamim*, id eſt, obſequium, operaq; famularis, quæ ſapientibus defertur. ca.6.

4. Audiebant diſcipuli Magiſtros magno ſilentio, ſic vt in ſchola ne ſternutanti quidem precanda neceſſariò ſalus eſſet. Rambam l.1. hel.3. c.4 f.20

5. Ad Magiſtrorum pedes ferè ſedebant. Id paulo ante ſatis fecit perſpicuum ſexta diſcipulorum diuiſio, & Ioſe ſapiens; ſed multo magis noſter S. Paulus, dum ait: *Secus pedes Gamaliel eruditus iuxta veritatem paternæ legis*: idemq; in Latino Philonis Interprete aſſeritur, hoc modo: *Pro ætatis ordine, iuniores ad ſeniorum pedes conſidunt.* Sed in Græco, quem aliàs textum ſecutus ſum, tantummodo ſic: καθ' ἡλικίας, ἐυτάξιοιν ὑπὸ πρεσβυτέροις νέοι καθέζονται. Apud Romanos ſimile quid, antiquis fuiſſe moribus, monſtrat, qui ait: ca.27. Act.22.3. d. Chry 1. Cor.5. lib. Quod omnis probus Liber. Trib.l.3, c.15. Bacch.act.3.

Cincticulo præcinctus in ſella apud Magiſtrum
aſſideres
Tum librum legeres.

6. Aliqui etiam in pauimento proiecti egebant. *Diſcipulus*, ait Scaliger, *legebat proiectus in ſolo*, διερριμμένος ἐν ἐδάφει: *mutal bekarcha*. qui & mortuis etiam tribui ſolet ſitus, vt cum ait Ribbi Simeon Eleazari filius: *Ne conſoleris cheberach ſodalem tuum, in hora, qua mortuus eius mutal lephanau*, id eſt, *coram ipſo iacet.* El.75. Pir. c.4.

7. Si quando coram Rabbino ſtabant, longius ab eo, reuerentiæ cauſa, ſtabant vt in

uli alicuius non fuere: ſed ab illius diſcipu-
s ac poſteris didicere, vt oſtendit alicubi li- *f.49.b.*
er Iuchaſin. Laudatur verò in Pirke is diſci- *cap.6.*
ulus, *qui ſuum præceptorem facit ſapientem: qui*
nam eius famam tuetur ac firmat: qui *dicit a-*
quid in illius qui ipſi quandoq; dixit, En didici-
; nomine. tandemq; concluditur. *Quicunque*
cit aliquid in eius qui hoc dixit ſeu olim docuit
mine, is in mundum redemptionem adducit.
uidam ſcilicet mūdi redemptor, à peſſimo-
ıe ingratitudinis malo ſaluator ac vindex.
exemplo Eſtheris, quæ in nomine Mardo- *c.2. Eſth.*
æi Regi nonnulla ſignificauit, probant eo-
m loco Rabbini. Sæpè verò apud hos *Epi-* *Pirk. c. 6.*
rus inuenitur: & tamen, quia litteraturæ
ræcæ aut Latinæ ignari ſunt, inter eos quæ-
um ſæpè, quis eſſet *Epicurus*, eumq; ſæpius, *in Thiubi.*
l aliqua fere cum Iudaica inſcitia explicat
ias. Sed *R. Papa* eum vocabat *Epicurum*,
ii dicit *Magiſtri*, non autem, *Magiſtri noſtri*,
talis, aiebat, *nunquam habebit partem in fu-*
o ſeculo. Contigit verò, vt ipſemet iſto ſe-
el modo loqueretur. Sed, eam ob culpam,
i pœnitentiam iniunxit, ac in ieiunio
lit. At *R. Naaman Epicurum* vocat, vel qui
te Magiſtrum ſedet: vel ſi Magiſtrum citat,
m ſimpliciter citat, cū dicere debeat; *Hoc*
illud dicit Dominus meus, vel deniq; ipſum
oprio nomine ſuo *ſolo* appellat. Eſt in Cathe-
alis Eccleſiæ Wormacienſis Bibliotheca
anuſcriptus liber de Iudæorum rebus, O-
donis

donis (vt quidem conijci poteſt) Epiſcopi Tuſculani,& Apoſtolici Legati iuſſu, olim conſcriptus in quo huiuſcemodi plura.

CAPVT XXIX.

Diſcipulorum ad acre legis ſtudium exſtimulatio: eorumque futura paucitas.

QVæ ad acre legis ſtudium diſcipulos inuitent ac exſtimulent, multa in citato antea Rambam, & in ijſdem Pirke inueniuntur. Sed, breuitatis cauſa, duas duntaxat tranſcribo gnomas. Vna eſt hæc: *Panis fruſtulo cum ſale ad edendum contentus eſto: Aquam etiam in menſura bibe: Humi cuba: & vitam viue arctam, vt legi operam poßis dare. Hoc ſi facis, beatus es tu, & bene tibi erit. Beatus es in hoc præſenti ſæculo: & bene tibi erit in futuro. Ne tibi magnificentiam quærito, neq; gloriam eruditione tua præſtantiorem concupiſcito. Ne Regum menſam appetito. quia tibi menſa & corona, quam illis maior eſt. Et fidelis eſt Dominus operis tui. qui eius, quod facis, mercedem tibi rependet.* Altera: *Nullus nobilis aut ingenuus eſt, niſi, qui ſe in legis ſtudio ipſum exercet. Qui vero in legis doctrina elaborat, is ad alta ſcandit, celebriſq; fit.* Aiunt verò in Thalmudis tractatu, qui *Sanhedrin* vocatur, Iudæi, magnam, cum venerit Meſſias ſeu CHRISTVS, futuram diſcipulorum paucitatem.

l.1.hel.3. *cap.6.* *cap. Chelek.*

tem.

. At cum iſta infelices iſti ſcriberent, iam
erat Meſſias ſeu CHRISTVS, & magna
ı Hillelis & Samai diſcipulorum in Iudęa
ltitudo erat: neq; in Babylonia, vt ex eo-
ı apparet hiſtorijs; minor. Et tamen ſicuti
ciens quid diceret, verum dixit Caiphas, Ioa.11.50.
ı aſſeruit, *expedire vt pro populo moreretur*
:ita & iſti, cũ de diſcipulorum ſub CHRI-
Domini aduentum paucitate loquun-
Eſt enim (qua in re ſemper Iudæorum er-
cæcitas) duplex CHRISTI aduentus. vnus
mundum redimẽdum, qui iam præteriit.
:r ad iudicandum: & hic adhuc futurus
ad quem rectè iſta verorum veritatis, di-
ıæque legis diſcipulorum refertur pauci-
. *Tunc* enim *multi pſeudopropheta ſurgent, &* Matth.24.11.
ucent multos. Et quoniam abundabit iniqui-
, refrigeſcet charitas multorum. Rurſus alibi: Luc.18.8.
:us hominis veniens, putas, inueniet fidem in
ra?

CAPVT XXX.

De Rabbinicis Academiis.

QVæ, ſi primam ſpectemus originem, non abſurdè ad litterarum Græcarum uentore, Phœnicioque artium bonarum ıportatore *Cadmo* dici quibuſdam vide-r *Academia*, ea Hebræis *mekom thorah*, id eſt, c⁹ legis, *kahal kados miththaſſekim bethorah*, id

id eſt, *eccleſia* ſeu *congregatio ſancta eorum, qui in lege occuparentur*. & vſitatiſſimè *ieſchibah*, & *methibata* dicitur, à ſedendo nimirum, quod ibi diſcendi docendique cauſa ſederetur: ibique *Rabbinica*, de qua dictum ſuprà, *ſedes, cathedraue* eſſet. Duas verò ab reditu Babylonico ad exciſam vſque ab Tito Hieroſolymam ac templum celebres Iudæorum Academias fuiſſe dixi iam in Trihæreſio. Vnam in Meſopotamia *Nehardehanam*, quæ ad Euphraten in vrbe ab Ioſepho interdum *νεάρδα*, interdum *νεέρδα*, à Ptolomæo *ναάρδα* vocata. in Iudæa ipſa alteram, *Hieroſolymitanam*. Sed huius, Hieroſolymis exciſis, non potuit non ſequi excidium. vel in alium ſaltem locũ demigratio. ita vt poſtmodum *Iſraelitica* duntaxat *Academia* dicta ſit. cuius poſt illam cladem Rector primus fuerit R. Iochanan Zachæi F. II. Rabban Gamaliel F. Rabban Simeonis in excidio trucidati. III. R. Akiba. Qui cum ab Adriano, vt alicubi etiam ſuprà tactum; interfectus fuerit, ab eodemque Imperatore Iſraeliticam *terram ingredi omnes vetiti* ſint Iudæi, vt Sanctus ſcribit Hieronym. hanc quoque alteram ſublatam fuiſſe oportet Academiam. Sed reſtaurata pòſt iterum, cuius Rector fuit ille R. Iochanan, quem Hieroſolymitani Thalmudis ſarcinatorem dixi antea: eumque, cum anno mundi 4039. CHRISTI 279. è vita migraſſet, ſequuti ſunt alij. Excitatæ interea temporis aliæ in Babylo-

lib. 2. c. 12. ex R. Moyſe Kotzio & aliis

Ioſeph l. 18. c. 12.

Ptol. Geogr.

Kab. 61, 68.

In Iſ. 6. & Sophon. 1.

Kab. 61.

lo-

ia duæ quarum in Iudæorum Codicibus
nen frequentiſſimum. Vna *Sura* vel *Su-*
vtroq; ſiquidem modo ſcriptum leges)
ra *Pombaditha.* Surana illa vocatur etiam *Kab.61. Iuch.120.*
hamachſiana, & *Babylonica*, quaſi Babylo-
pſa fuerit: cum tamen Babylonem inter *121.*
Suram, interponat Zacuthus *Ketſadam*
hmalotarchæ Dauidis Zachæi patriam,
ſi in loco potius Babyloni proximo fue-
Cœpiſſe autem traditur hæc in Thanæo- *120.*
n fine, Amoræorumque principio, cuius
h, ſeu caput rectorq; primus fuerit *Rab.*
c enim.n.ei ſimplex nomenclatura: & in
s eſſe deſijt an.mūdi 4003. CHRISTI Dn.
. *Pombadithana* verò erat ab Surana non
l, vt facillimus inter Academicos vtrosq;
tuus eſſet congreſſus; & cœpit iſta poſt
anam, cuius Rector primus fuit Rabbah *ib.*
Nehmani, 2. Rab Ioſeph, 3. Abij, 4. Raca, 5.
b. Papa, 6. Rib Aſim, 7. Tobiomi, 8. Rab-
n Ioſe, cuius tempore, abſolutus Thal-
d: morte verò ambæ abſque Gaon Aca-
niæ. variæque iſtis, & ſecutis temporibus *Iuch. ib.*
utæ inter Academicos iſtos diſſenſiones,
tiones, Academicæq; tranſportationes in
miſin, quæ Orientem verſus, Babylone di-
m 5. itinere aberat, & in *Neres* vrbem Su-
vicinam. Hac tamen Pombadithana, vti *Kab.62.*
npore, ſic & alijs rebus, priorem Suranam
ſe docet pluribus Iuchaſinus. quin verò
ipſius etiam vetuſtioris Nehardehanæ lu- *120.*
mini-

minibus aliquantulum obſtruxit, quod Suræ ſedem fere haberet captiuorum Iudæorũ Princeps, eiq; eſſet ideo Suranæ Academiæ Rector proximus. Cæterum Pombadithani ſenes ac Magiſtri habiti ſunt *choriphe*, id eſt, *ſubtiles*, *amorae*, *Amoræi*. & hinc fortè, vel vt nimiam argueret leptologiam, dixit cuidam Rabban Simeon F. Gamalielis; *forſan ex Pombaditha es, vbi per acus foramen elephantem traducunt*. Iſtarum vero Academiarum languor, ac ipſe pænè interitus fuit anno mundi 4430 CHRISTI Dn. 668. *Deo ita volente, cum ad eas*, vt ait R. Abraham F. Dauid *ex Africa, Ægypto, Hiſpania, totoq; Occidente, & Iſraelitica terra concurſus fuiſſet*. Poſtea profugi, extorreſq; Iudæi, vbiubi terrarum licuit, vel alias erexere Academias. quarum in Hiſpania & Africa nonnullas Rabad, alias in Gallia, variiſque prouincijs commemorat Beniamin, vel ex ipſis cineribus veteres illas Babylonicas quoquo modo iterum accendere Iudæi, vt ex filij Satanæ, & R. Samuelis Leui Cordubenſis patet hiſtoria: quaſdam etiamnum cognoſcimus ipſi Conſtantinopoli, Alcairi, Cracouiæ, Pragæ, alibi. Nuper verò Francofurtenſis Synagoga, quæ ſe in Germania, *Iſraelis matrem* appellat; Germanicas Academiarum, iudiciorumque vrbes quinq; conſtituebat, *Francofurtum, Wormaciam, Fridbergam, Fuldam, & Kinsbergam*. Addo, duas à Rabbinis quandoq; notari *Ieſchiboth*: vnam *ſchelmeholah*,

[Margin notes: *ib.* — *tr. Sanh. c. 1.* — *Gemara tract. baba meſia. Hammaphkid* — *Kab. 68. 69.* — *Kal. 71. b. & 73.*]

qua

teram *mittah*, id eſt, ſuperiorem & infe-
n, cœleſtem & terrenam, vt in Tſame- *f.88.*
it Dauid de pomarijs.

CAPVT XXXI.

Academiarum vtilitate, multitudi- ne, ipſisq; Academicis.

Ltima Pirke auoth ſententia ſatis Aca- *cap.6.*
demiarum monſtrat vtilitatem. Ait e-
Rabbi Ioſe F. Ciſmæ, ſibi obuiam factũ
dam rogaſſe, *Vnde ipſe?* huic autem re-
diſſe, *Mehir gedolah ſchel checamim, veſchel*
rim, id eſt, *è ſapientum ſcribarumque vrbe*
a. Sed cum vrgeret ille, ne ibi habitaret,
aq; ſi inde diſcederet; aureorũ promit-
millia, ſubiecit iſte: *Si mihi omne, quod in*
lo toto eſt, argentum, aurumq; dares, alibi ta- *Pſal.118.*
quam in legis loco, nuſquam habitarem, quia
lmorum Dauidis Regis libro inuenimus; Bo-
mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.
ſa enim, qua hinc decedit, hora quiſpiam, non
comitantur argentum, aurum, lapides preci-
margaritæ, ſed lex & bona opera, vt ſcriptũ
rouerb.6. Atq; ſpectare huc videtur illud *Pir.c.2.*
Gamalielis F.R. Haccados: *Marbeh ieſchi-*
marbeh chocmah. Qui Academiam multipli-
idem quoq; ſapientiam multiplicat. Cuius
tentiæ duplex eſſe poteſt ſenſus. Vnus;
Academias plures excitat, is ſapientiam longe

F *lateq;*

lateq́ diffundit & auget. Alter. *Qui Academicorum auget numerum, idem & ſapientiam auget.* Academici porro vocantur *bahele, anſche*, ac *bene ieſchibah.* ipſorum verò Rector & caput

Iuch. 120.47. *Riſch* aut *roſch ieſchibah.* interdum etiam *melech*, quaſi Rex, & de hoc, cum Academiam gubernat, dici ſolet *hamad, malach*, aut *iaſchab bekiſſe*, aut *beroſch*, id eſt, *ſtetit*, ſeu *præfuit*, *Rexit* aut *regnauit*, & *ſedit in throno*, aut *in capite.*

p. 60. b Sic enim de Rabbi Chanina, poſt R. Hakkados mortem, loquitur Gabbala.

CAPVT XXXII.

De Scholis, Synagogis, & Archiſynagogis.

SCholas habent Iudæi vbicunque paulo

l. 2. hel. Theop. c. 15. plures ſunt: *Synagogas*, vbi numerum pertingunt denarium, vt oſtendit Rambam. Vocatur autem ab ijs Schola *beth midraſch*, quaſi domus aut locus exercitationis, non equidem corporum, ſed ingeniorum. vti & à Gręcis *gymnaſium* & *Diatribe. Beth* etiam *vlphana*, id eſt, locus doctrinæ ac perueſtigationis: *ſynagoga* verò *beth ceneſeth*, aut *ceneſiuth.* id eſt, domus aut locus congregationis. Et interdum quidem ſcholæ ac ſynagogæ diſtinguũtur; locisq; diſparantur, vt ex eo clare perſpicitur, quod in ſynagogis precari oporteat ſternutanti ſalutem: in gymnaſio non; vti alio

o iam dictum loco. tumque Synagogæ pre- *ſup.c.28. &*
bus tantùm addictæ ſunt, quæ idcirco in- *1.de proceſſ.c.7*
rdum appellatæ προσευχαί. vt oſtendit *hæreſ.80.*
nctus Epiphanius, & meus *in Iudith* Com- *Iudith c.6.*
entarius. A Philone autem vocantur eæ-
m ἱεροὶ τόποι: & ſæpe tam proſeucharum
am ſcholarum vicem funguntur. ſic vt ſę-
Dominus & Apoſtoli *docuiſſe* in ijs legan- *Mat.4.9.23.*
: & hodie in Germania vocetur ab ipſiſ- *Mar.1.& 6.* *Luc.4.& 13.*
t Iudæis ſynagoga, *ſchola.* Tradunt verò *Act.6.13.15.*
bbini fuiſſe Hieroſolymis olim id genus *26.*
agogas 481. quæ in Iſaiæ capite 1. ſignifi-
tur vna illa dictione *maleathi*, id eſt, *plena*,
m dicit Propheta, *Quomodo facta eſt mere-*
, ciuitas fidelis, plena iudicij? Nam valet:

מ	40.
ל	30.
א	1.
ת	400.
י	10.
	481.

Futilis quidem hæc Arithmetica: verum
nen, vrbem, quæ *iudicij* quondam *plena* e-
& *fidelis*, *meretricem* factā ſordidiſſimam,
a caſtiſſimæ religionis, ſanctiſſimæq; fi-
auctorem repudiauit, abiecit, crucique
ixit. Ex illis autem tam multis fuere
, quarum contra S. Stephanum furor in
oſtolorum narratur Actib. & ſuperfuiſſe *Act.6.*
uc in Sion monte ſeptem, quæ triſtiſ-

ſimâ ſuâ facie, calamitoſiſſimam ciuitatis illius, totiuſque gentis cladem ante omnium ponerent oculos, teſtis Sanctus Epiphanius. Qui ſynagogæ verò præerat, dictus fuit ἄρχων τῆς συναγωγῆς, & ἀρχισυνάγωγος: Vnde, per conuicium, Imperatorem Alexandrum, *feſto quodam tempore, vocarunt Antiochenſes & Alexandrini, Syrum Archiſynagogum, & Archierea*, prout à Lampridio in litteras relatum. Poſtea cœpit à Iudæis dici *ſcheliach tſibbur*, id eſt, princeps cœtus, ἄγγελος vel ἀπόστολος τ' συναγωγῆς, ſeu congregationis, etſi alia etiam ratione fuere quidam apud Iudæos *Apoſtoli*. ἄνδρες ἀξιωματικοὶ, vt ait Sanctus Epiphanius, qui à Patriarcha ſecundas tenebant, eique à conſilijs erant: & huc atque illuc in prouincias ablegabantur, vt decimas, primitias, aliaque ſimilia colligerent, &, quæ deprauata viderentur, corrigerēt: ſic vt *Archiſynagogos* etiam, *Sacerdotes, Seniores*, & *Azanitas*, ſeu *Diaconos locis mouerent ſuis*. Eſt verò eorūdem Apoſtolorum apud alios etiam Patres mentio S. Iuſtinum, D. Hieronymum, Theophylactum. & *Patriarcha* erat, qui ſuprà *Neſi*, aut *Ab beth din* vocatus. interdum *Roſch galuth* præſertim verò in Babylonia, de quo loco citato S. Epiphanius, & Theodoretus dialogo 1.

lib. de pond. & m.
in Sc. Anim. p. 195.
Luc. 8. 41. & 49. c. 13. 14. Ma. 5 Act. 18.
Bert. c. 18. 19. Alex.
Ram. l. 2. hel. 1. c. 8. & 9.
hereſ. 30.
dial. ad Tryp.
princ. ad Gala.
Iſ 18.
in 28. Apoſt.

CA-

CAPVT XXXIII.

De Thalmudis, Thargumim, Rabbinonorumque omnium auctoritate.

HOrum omnium vel *quoad Iudæos*, vel *quoad nos* ſpectari poteſt auctoritas. *Quoad Iudæos* quidem, maxima eſt. Nam vti ſacras litteras, *ſic* & Thalmudem non verentur *michthebe hakkodeſch* appellare, id eſt, *ſcripta ſanctitatis*, ſeu *ſcripturas ſanctas*. *Et illum*, ait Rabad, *ſuper ſe acceperunt & multorum opera ſapientum docuerunt omnes ex ordine generationes: & conſenſerunt in illum Iſraelitæ omnes: eiq́ quidquam vel addere vel demere nefas*. De Thargumim verò Paulus Burgenſis: *Translatio*, inquit, *Chaldaica, tãtæ auctoritatis eſt ſicut textus*. Lyranus; *Translatio Chaldaica, quam Iudæi vocant Thargum, ita eſt authentica apud Iudæos, vt nullus doctor eorum auſus fuerit ei contradicere*. Bellarminus: *Translationes Chaldaicæ apud Hebræos magnæ ſunt autoritatis*. De Rabbinis porrò amplè adeo magnificeq; ſentiunt, ac loquũtur, vt ſine aliquo verborum honore vix aliquẽ nominent. Hinc illa toties: *Rab Peloni, zikro libracah, Rabbothenu zikronam libracah: hedim neemanim: geone holam; Hahemude holã: nehora dehalma: Cebod mahelath harab rabbenu*: id eſt, *Rab. N. cuius fauſta memoria: Rabbini noſtri, quorum memoria in benedictione: Teſtes veraces ac fideles: Summates mundi: columnæ mundi: lux mundi; Gloria celſitudinis Magiſtri magi-*

Cab. 73. b.
62.
in Gen. 4.
Gen. 49.
l. 2. de ver. c. 3.
בםורך.
Cabb. 477. b. teſtes.
Iuch. 121. lux m.

ſtrorum noſtrorũ. Abenhezra *nocho Heden.* Abenezra *cuius in paradiſo quies.* R Gerſon *meorath*
אבנע. *haggolah,* id eſt, *qui lumẽ exulum. Raſchi ſuas ex-*
מה. *plicationes fecit in Spiritu S. qui habitabat in eo.*
Iuch.163. Quid perſequar alios? In lib. de anni tranſlationib. dicunt Iudæi ipſi: *Checamim haſu chizuk ledibrehem iother miſſchel thorah:* id eſt, *Sapientes ſuis ipſorum verbis robur fecere maius, quã*
p 140. ſed 4. tr. 4. c. 10 *ipſis Legis verbis.* Et in Thalmud: *Qui contradixerit Moyſi, abſolui poteſt: Qui cõtradixerit Rabbinis, morte moriatur. Quoad nos* v. Chriſtianos, de Thalmudis auctoritate duplex fertur opinio. *Vna*; illum penitus abolendũ, nullamque ipſius apud nos eſſe oportere auctoritatem.
lib. 2. Poſſ. App. t. 2. Thalm. l. 1. c. 7 *Altera*, minimè abolendũ magnamq; eſſe debere auctoritatẽ. & iſta qdem poſterior opinio tribuitur à Senenſi, & alijs hũc ſecutis, Galatino. qui tamen cautionem adhibuit nõ
ſub fin. cap. paruam, cũ dixit: *Luce meridiana clarius cõſtat, Thalmud ipſum à Chriſtianis recipiendum eſſe, nõ tamen in omnibus, niſi in iis tantum, quæ bona ſunt.* Dico, ſed paulo forſan vberius, tria.

I. *Neq; Thalmud, neq; Thargumim, neq; vero Rabbini, qui poſt* CHRISTVM *Dn. in Iudaica ſua perfidia & cæcitate contumaces perſtitere, magnã apud nos auctoritatem obtinere poſſũt aut debent.* Primò enim iudicij admodum praui ac dementis ſignũ eſt, ad fulgentiſſimam CHRISTI Dn. lucem in ipſo, vt aiunt Meridie, caligare. At qui Thalmudem, qui Thargumim, qui alia iam inde ab annis 1500. ſcripſere, caliga-

ligarunt peruicaces Iudæi omnes. 2. Cũ ſe diuinis oppugnari, maximèq; reuinci ſcripturis tam veteres illi, quam recentiores animaduerterent, neq; reſipiſcere tamen vellent, facilè datur intelligi, eos vt cõtumaciæ ſuæ patrocinarentur, Chriſtianæq; fidei veritatem obſcurarent, omnem ingenij vim eo contuliſſe, vt vel apertè, vel tectè, quaſiq; per cuniculos nonnullos, SS. ſcripturarum verba, ſi non immutarent ac deprauarent, ad alia tamen quælibet potius pertraherent ac detorquerent: & ſuas vel delirationes vel ſuperſtitiones, quoquo poſſent modo, firmarent & cõmunirent. 3. Thalmudem conſtat, niſi ſi fortè alicubi caſtigatus ſit; plurimis grauiſſimisq; contra CHRISTVM Dn. diuinamque Maieſtatem, & huius adminiſtros ac amicos, Angelos, & veteris Teſtamenti Diuos, beatiſſimam Virginem, Chriſtianosq; omnes, imò & cõtra Moyſis, naturæq; legem & rectã rationem ſcatere mendacijs, blaſphemijs, erroribus quos in libr. Bibliothecæ ſuę ſecundo denotauit *Senenſis*, & l. 9. c 5. & ſequentibus *Finus*. 4. ſæpè Thalmudem valdeq; grauiter ac ſeuerè multi vetuere, interdumq; voracibus addixere flammis Pontifices, & alij:

D. Hieron. in Matt. 12. Galat. 3. l. 2. Iſa. 52. Orig. l. 1. contra Celſ.

Gregorius IX.	anno Domini	1130.
S. Ludouicus Rex Franc.		1240.
Innocentius IV.		1244.
Iulius III.		1553. 1555.
Paulus IV.		1559.

Pius V. 1566

Clemens VIII. 1592.1595

Impij, ait iſte, *Thalmudici, Cabaliſtici, alijque nefarij Hebræorum libri, omnino damnati & prohibiti maneant & cenſeantur.* Refert etiam l.1 *flagelli Iudæorum* f 46. *Erneſtus Fernandus Heſſus*, ſe, cũ Iudæus adhuc, opinor, eſſet; vidiſſe Iudæorum libros, præter Biblia, *Gregorij XIII.* iuſſu, cõburi. Certè indicato paulo ante anno 1559. in vnius Cremonæ vrbis Bibliotheca & Typographeo, refert, qui adfuit; Sixtus Senenſis, combuſta voluminum Thalmudicorum millia XII. Mirum verò & ad librorum iſtorum deteſtationem inſigne, quodà Gantipratenſi Thoma relatum. Anno 1239. cum libros eoſdem comburi iuſſiſſet, nominatus antea S. Ludouicus Francorum Rex, fuiſſe Archiepiſcopum neſcio quem, qui pecuniâ à Iudęis accepta, rem tum illam diſturbarit. *Redditis ergo libris* (vtar iam auctoris ipſius verbis) *Iudæi ſolennem diem agi conſtituunt omni anno, ſed in vanum: aliud ſpiritu Dei ordinante. Reuoluto enim anno, die certo, & ipſo loco, quo libri execrabiles redditi ſunt Iudæis, hoc eſt, in Vicennijs prope Pariſios; dictus Archiepiſcopus ad conſultationem Regis veniẽs, diro viſcerum dolore correptus eſt: & eadem die, cum eiulatu maximo, vitæ finem accepit.* Quid verò tum Rex, qui tum iunior, Archiepiſcopi huius interceſſioni ceſſerat? *Fugit*, inquit idem Thomas, *Rex de loco cum tota familia, nimium verens, ne cum*

lib. 2. in Thal. & catal.

lib. 1. de apib. c. 7.

Vicenarum caſtrum.

cum Archiepiſcopo diuinitus feriretur. Sed reſeruatis ac ſuperſtitibus an comparſum libris? *Non multo poſt*, ait idem, *inſtigante vt prius fratre Henrico, dicto de Colonia, Iudæorum libri congregati ſunt ſub mortis pœna, & in maxima multitudine ſunt combuſti.* 5. Sunt in eodem periſſologiæ, nugæ, næniæq; innumerabiles. Quæ nos eorum ergo conſtringat auctoritas? 6. Ipſos verò *Thargumim* deprauatos, variiſque ineptiis & corruptelis aliis impuratos eſſe: itemque vel à Chriſtianæ religionis deſertoribus ac apoſtatis: vel fictitio cœleſti oraculo commendatos, vel denique ab homine, qui vt corpore, ſic & animo cœcus erat; conſcriptos eſſe oſtenſum eſt antea. Quid ergo ad eorum ſtatim nomen obſtupeſcamus? eorũ ſtatim expoſitiones ac paraphraſes admittamus? *Ab Eccleſia*, inquit Bellarminus, *nõ vſque adeo magni fiunt: neque* (ſic legendum) *ex iis argumentum firmum duci poteſt.* 7. Thalmudicorum, Rabbinicorumque aliorum lectione voluminum conſtat nonnullos, ſi non omninò à CHRISTO Domino auulſos, à Catholicæ tamen fidei decretis, inſtitutiſque nonnullis abſtractos, vel miris certè quibuſdam deliriſque effaſcinatos opinationibus. 8. Ipſi autem Iudęi *Medakdekim*, dum Grammaticas, Lexicaque compilarunt, non rarò ad eas, quas animo præceperant vel finxerãt falſas ſcripturarũ interpretationes, ſuos accommodarunt canones, vocumque ſignificatus, c.16.

catus, vt ex vetere Latina Bibliorum, Græcaque multo vetuſtiore ipſorum ſeptuaginta interpretatione poteſt colligi. 9. Piis item Catholicisq; hominibus, vel hoc vno ſuſpecti eſſe poſſunt nomine, Rabbini. quod ad eorum, quàm ad Eccleſiæ Catholicæ amuſſim attendant noſtri temporis hæretici libentiùs. ex cœnoſis eorum lacunis tot hactenus nouas Bibliorum verſiones Latinas & vernaculas, tot & tam inſulſas ac inſipidas expoſitionum paludes hauſerint hactenus & deriuarint: quòd denique Rabbini vnius alicuius viliſſimi nomen atq; auctoritatem pluris, quàm Chriſtiani alicuius doctiſſimi, ſanctiſſimique Patris faciant. 10. Vt inſanus verò hic in Rabbinos æſtus aliquantulum ſaltem refrigeretur, libet, ex ipſorummet lacubus, frigidæ aliquid aſpergere. Scaliger: *Iudæum*, inquit, *agnoſcas, ſiue impudentiam, ſiue inſcitiam ſpectes*. Et alibi: *Maſſoritæ Hebræorum Critici, Hebraiſmi peritiſsimi, linguarum & hiſtoriarum exoticarum fuerunt imperitiſsimi: & nomina propria exterarum gentium alienis apicibus additis ita transformarunt, vt ab ipſis gentibus agnoſci non poſsint*. Et antea, *Thalmudiſtæ fabulatores. Aſinitates ſycophantiarum Thalmudicarum*. Druſius: *Dico poſteriores Iudæos aduerſus antiquitatem, niſi quando ſolidas rationes afferunt, non eſſe audiendos*. Rurſus: *Nouum non eſt, ipſos Iudæos in rebus, quæ ad antiquitatem ſpectāt, turpiter hallucinari*. Et rurſum: *R. Dauid Kimchi*

Elench. p. 40. Lib. 3. Iſa. p. 317. p. 216. L. 1. q. 71. p. 56. Anim. p. 170. L. 3. q. 74. p. 182

ſiue

ſiue Cambi, Santes & alij plus ſæpe tribuunt q̃ de- ref. l.1.c.3.p.15.
berent. Fatetur Lutherus, & ſe, & Santem Pa- præfat. in Bib.
gninũ, & Munſterũ crebrò in ſua ex Hebręo Lindan. Dubit. dial. 1. p.
tranſlatione erraſſe: cauſamq; addit, *q Rab-* 81. qui Mi-
binorũ gloßis nimium crediderit. Iunius ac Tre- nerual. p. 61.
mellius *Rabbinos, audaces fabularũ auctores vo-* ponendus. in Abdiam.
cant. Quid Ioan. Forſterus, Hebraicæ linguæ Icon. c. III.
profeſſor, vt Bezæ quidẽ canit fiſtula; *longe do-*
ctiſsimus? Vidi, ait, *multis iam annis, poſt inſtau-* in praf. Dict.
ratam euangelij doctrinam, non minus regnare in
ſcholis Chriſtianorum commenta Rabbinorum,
tum in verſione, tum etiam enarratione ſcriptu-
ræ ſacræ, quam in ipſis Iudæorum ſynagogis, atque
ipſorum Peruſchim, quaſi ſacroſancta myſteria
Dei, ab omnibus ſumma reuerentia ac religione
coli, & adorari. Hinc factum eſt, vt certum
ſcripturæ ſacræ ſenſum nequaquam aſſequi po-
tueris. Et paulò poſt: *Sæpe vehementer ad-*
miratus ſum Noſtratium (Nouatorum) vt pace
ipſorum dicam, ſocordiam: qui abſque vllo iu-
dicio Commentaria Iudæorum, in quibus nul-
la lux, nulla notitia Dei, nullus ſpiritus, nul-
la vllius diſciplinæ ſeu artis vera ac ſolida ſci-
entia, nulla linguarum, ac ne quidem He-
bręæ linguæ eſt cognitio, amplecti maluerunt,
quàm vt ipſi conſiderarent voces, ac earum ſi-
gnificationes. Quid obſecro Iudæi intelligerent,
quorum cordibus (vt Paulus Apoſtolus noſter
teſtatur) velamen Moſi in lectione Veteris Te-
ſtamenti vſque ad diem hodiernum impoſitum
manet:

catus, vt ex vetere Latina Bibliorum, Græcáque multo vetuſtiore ipſorum ſeptuaginta interpretatione poteſt colligi. 9. Piis item Catholicisq; hominibus, vel hoc vno ſuſpecti eſſe poſſunt nomine, Rabbini. quod ad eorum, quàm ad Eccleſiæ Catholicæ amuſſim attendant noſtri temporis hæretici libentiùs. ex cœnoſis eorum lacunis tot hactenus nouas Bibliorum verſiones Latinas & vernaculas, tot & tam inſulſas ac inſipidas expoſitionum paludes hauſerint hactenus & deriuarint: quòd denique Rabbini vnius alicuius viliſſimi nomen atq; auctoritatem pluris, quàm Chriſtiani alicuius doctiſſimi, ſanctiſſimique Patris faciant. 10. Vt inſanus verò hic in Rabbinos æſtus aliquantulum ſaltem refrigeretur, libet, ex ipſorummet lacubus, frigidæ aliquid aſpergere. Scaliger: *Elench. p. 40.* *Iudæum*, inquit, *agnoſcas, ſiue impudentiam, ſiue inſcitiam ſpectes*. Et alibi: *lib. 3. Iſa. p. 317.* *Maſſoritæ Hebræorum Critici, Hebraiſmi peritiſsimi, linguarum & hiſtoriarum exoticarum fuerunt imperitiſsimi: & nomina propria exterarum gentium alienis apicibus additis ita transformarunt, vt ab ipſis gentibus agnoſci non poſsint*. Et antea, *p. 216.* *Thalmudiſtæ fabulatores. Aſinitates ſycophantiarum Thalmudicarum*. Druſius: *l. 1. q. 71. p. 56. Anim. p. 170.* *Dico poſteriores Iudæos aduerſus antiquitatem, niſi quando ſolidas rationes afferunt, non eſſe audiendos*. Rurſus: *l. 3. q. 74. p. 112.* *Nouum non eſt, ipſos Iudæos in rebus, quæ ad antiquitatem ſpectãt, turpiter hallucinari*. Et rurſum: R. *Dauid Kimchi*

ſiue

ſiue Cambi, Santes & alij plus ſæpe tribuunt q̃ deberent. Fatetur Lutherus, & ſe, & Santem Pagninũ, & Munſterũ crebrò in ſua ex Hebręo translatione erraſſe: cauſamq́; addit, *q; Rabbinorũ gloßis nimium crediderit.* Iunius ac Tremellius *Rabbinos, audaces fabularũ auctores vocant.* Quid Ioan. Forſterus, Hebraicæ linguæ *Profeſſor,* vt Bezæ quidẽ canit fiſtula; *longe doctiſſimus?* *Vidi,* ait, *multis iam annis, poſt inſtauratam euangelij doctrinam, non minus regnare in ſcholis Chriſtianorum commenta Rabbinorum, cum in verſione, tum etiam enarratione ſcripturæ ſacræ, quam in ipſis Iudæorum ſynagogis, atque ipſorum Peruſchim, quaſi ſacroſancta myſteria Dei, ab omnibus ſumma reuerentia ac religione coli, & adorari. Hinc factum eſt, vt certum ſcripturæ ſacræ ſenſum nequaquam aſſequi poteris.* Et paulò poſt: *Sæpe vehementer admiratus ſum Noſtratium (Nouatorum) vt pace ipſorum dicam, ſocordiam: qui abſque vllo iudicio Commentaria Iudæorum, in quibus nulla lux, nulla notitia Dei, nullus ſpiritus, nulla vllius diſciplinæ ſeu artis vera ac ſolida ſcientia, nulla linguarum, ac ne quidem Hebrææ linguæ eſt cognitio, amplecti maluerunt, quàm vt ipſi conſiderarent voces, ac earum ſignificationes. Quid obſecro Iudæi intelligerent, quorum cordibus (vt Paulus Apoſtolus noſter teſtatur) velamen Moſi in lectione Veteris Teſtamenti vſque ad diem hodiernum impoſitum manet:*

reſ. l. 1. c. 3. p. 15.
præfat. in Bib.
Lindan. Dubit. dial. 1. p. 81. qui Mineruæ l. p. 61. ponendus.
in Abdiam.
Icon. c. III.
in præf. Dict.

manet: ſenſusq́ eorum obcæcati ſunt, vt in finem legis intendere non poßint? Qui verò finem legis filium Dei, natum ſecundum carnem ex virgine, verum Meßiam, mediatorem, victimam, & liberatorem humani generis non cernunt, neq; agnoſcunt, eumq́ ſubiectum & ſcopum vniuerſæ ſcripturæ eſſe ignorant. Inſuper regnum ipſius tantum externum, corporale, & temporaneum ſomniant, non ſpirituale, nec æternum eſſe credunt: neque inter promißiones legis & Euangelij de gratuita remißione peccatorum propter mediatorem CHRISTVM *diſcernunt, quid & quomodo docerent alios Moſen & Prophetas? Quare rectè* CHRISTVS *eos vocauit cæcos, & duces cæcorum, vt interim taceam virulentiam ipſorum, & odium, quo flagrant in* CHRISTVM, *vt pauca inuenias de* CHRISTO *vaticinia, quorum vel verba aliqua, vel integram ſententiam non ſceleratißimè deprauarint. Nihil igitur profuerunt, niſi quod velut Bibliothecarij libros tantum ſacros (quos Biblia vocamus) ac aliquot Grammaticos nobis Chriſtianis ſuppeditarunt. At, quod ad ſacræ ſcripturæ intelligentiam, vt iam dixi; atque etiam Hebrææ linguæ cognitionem attinet, præſtiterunt, quod laudem mereatur, omnino nihil. Nã dictionaria & commentaria ipſorum plus obſcuritatis & erroris in Eccleſiam* CHRISTI *inuexerunt, quàm lucis & veritatis. Id quod in noſtratiũ* (Nouatorũ) *commentarijs videre licet, cum (vt ipſis videtur) vox aliqua ambigua, aut obſcurior ſententia occurrit, allegant aliquot Rabbines, &*

vt

vt ipſi variè expoſuerunt.(Raro enim aut nunquã inter ipſos conuenit) ita referunt, poſtea Lectorem dubium relinquunt; quis verò ipſorum rectè ſenſerit, & quem ſequi oporteat, minimè indicant: aut ſi indicant, quia vim vocabulorum ignorant, facilè falſum pro vero amplectuntur, vt non ipſi tantùm errent, & fallantur, verumetiam Lectorem fallant, & ita CHRISTI *dictum accidat, Cæcus ſi cæco dux fuerit, vt ambo in foueam cadant. Cõmemorarem plus mille themata, quorum ſignificationem veram ac genuinam nec Dictionaria, nec Commentaria ipſorum oſtendunt, quin potius ſtudioſum eius linguæ miſerè à veritate abducunt.* Hæc & alia plura ille contra ſectarum noſtri ſæculi Nouatores omnes Nouator Lutheranus. II. Nec verò Rabbinis Iudæi ipſi tantum ſemper tribuunt, vt in ſcripturarum explicationibus præeuntem vnum ſequatur ſtatim alius: ſed ſæpiſſime ab illo diſcedit; dum neque de vocum ſignificationibus, neque de apicibus ac punctis inter eos conſenſio eſt. De Methargem ſeu Paraphraſte præcipuo, minimeq; omnium impurato Aquila non identidem ait Raſchi, *Lo dakhal leſchon hammikra,* id eſt, *Non attendit ad ſcripturæ phraſin?* Nonne CHRISTVM Ezechię tempore fuiſſe, neque futurum poſtea, dixit R. Hillel? Nonne de ipſo dixit R. Ioſeph, *Parcat Dominus R. Hilleli. Nam quando extitit Ezechias? Nonne ſtante templo primo? Atqui Zacharias iſta vaticinatur in æde ſecunda: Exulta filia*

licet contra ei apud Bezam non aſtipulentur quidam, & Io. Iſaac in Ruth.

Thub. Syr. 46.

Ex Thalm. Genel. l. de Chriſto. Iuch. 90.

Zach. 9. *filia Sion, iubila filia Hieruſalem.* **Ecce Rex tuus**
Trih. 2. c. 12. *venit tibi iuſtus, & ſaluatus.* imò *Saluator.* Cō-
diderunt verò, vt alibi dicebam; diſcipulorum familias duas *Hillel ſenior* & *Schamai.* quas inter, tanta, tamq; vehemens, licet eam vt ibidem notaui, bonam quandoq; dicant,
c. 5. Pirk. Iuch. p. 19. 27. & 67. ad tria etiam interdum contrahant capita, ipſumq; Schamai iracundum quidem fuiſ-
p. 19. b. 27. ſe fateantur; ſed in malos tantùm ac improbos; fuit diſſenſio, vt de XVIII. aut XXIV. capitibus diſſidium fuerit, & hoc ne ab ipſo quidem Elia componi, ſedariq; poſſe dicant alii: ſed ad manus, vulnera mutuasq; cædes ventum ſit. Sic & R. Akibæ, licet auctoritatis
p. 29. tis nominisq; tanti Magiſtro, dixit coram aliis R. Iſmael, *taitha*, id eſt, *Erraſti.* R. Aſeris filium occidentales Iudęi, R. filium Nephthali, orientales ſequi diſſentientes malunt. Imò verò, *Omnes*, inquit Cantipratēſis Tho-
l. 1. c. 7. mas, *orientales Iudæi hæreticos, & excommunicatos reputant hos Iudæos, qui contra legem Moyſis & Prophetas hunc librum, qui dicitur Thalmud recipiunt & conſcribunt.* Per hoſce tamen orientales Iudæos intelligo eos, qui *Carraim* appellantur, & quidem recentiores: de qui-
l. 1. c. 4. l. 3. c. 10. & 11. bus *Trihæreſiū* & *Mineruał.* His enim odioſiſſimi ac prorſus execrabiles ipſi *Rabbaniim*, ſeu qui Rabbinorum probant placita. Facit & ad Iudaicorum diſcordias Rabbinorum, flagransq; in Christianam veritatem odium intelligendum illa, quam boni tradidere

ſcripto-

ſcriptores narratio; ſæuiiſſe illos aliquando flammis in Moſis Ægyptii libros *More nebuchim*,&in opera R.Moſis Haddarſan omnia: quòd Chriſtianam illuſtrare lucem nonnihil viderentur. 12. Ipſe in *Elphurcam* Mahometes, Iudæos bibliopolis eſſe ait ſimiles, qui libris onerantur,nec ex iis tamen proficiunt.vti cap.16. lib.*de Antichriſto* ſapientiſſimus doctiſſimusque citat Burdegalenſis Senator D.Florimundus. 13.Et Gentilis poetæ alibi à me citata iſta ferè vox. *Iuſtin. Nebienſis. Maſius in ſin. Ioſ.* *l.de Salom. poen.*

Qualiacumque voles Rabbini *ſomnia vendunt*.

ita vt pro illa, quam ipſorum, nominibus appendere ſolitant,honorifica laudatione,appendendum illud potius ſit, quod in Kabbalæ ſuæ extremo,abſque litterarum,vt alias; curtatione vlla inquit R. Abraham f. Dauid,*ueſchem reſchaim iirkab*:& nomen impiorum putreſcat : vel quod alibi dicebam; *Zikronam lerakab* aut *liklelah*. nomen eorum in putredine ac ſit dedecore. *Miner. l.1.c.6.*

II. *Ineſt in Thalmude, Methargemim, Rabbiniſq; aliis vtile aliquid: eorumq; auctoritas valere poteſt*. 1. plurimùm contra Iudæos ipſos. 2.pauxillulum quid apud nos in rebus,quæ ſacroſanctæ fidei noſtræ, ſcripturis, Patribus, rectæque rationi haud repugnat. Probatur 1. quia ex illis de CHRISTO Domino,

de

de Deo trino & vno, de aliis fidei Chriſtianę myſteriis & cæremoniis vera & vtilia promi poſſunt nō pauca, vti à Galatino, Genebrardo, &aliis prompta. 2. quia vel ingenii aliqua bonitate, vel aliqua maiorum traditione afferunt interdũ aliquid, ꝙ ad ſcripturæ interpretationẽ, ritus alicuius in vetere ſynagoga, politiaq; vſurpati, nobis autẽ iam ignoti explicationẽ, ad aliquã deniq; doctrinæ vbertatem atq; varietatem faciat. 3. quia Hebræo etiam Rabbino Barhaninæ has ob cauſas operã dare voluit ſanctiſſimus Eccleſiæ Chriſtianæ Doctor S. Hieronymus, vt in opuſculis de Lutheri Magiſtro monſtratum. *lib.1.c.10.p.90.* Idemque, & Origenes, & Clemens atque Euſebius Rabbinos in diuinarum explanationibus interdum laudare non ſunt veriti. *Teſtis eſt mihi*, ait S. Hieronymus, *in c.2.Nahum* *Dominus, me omnia, quæ ſecundum Hebraicum diſſero, non de proprio ſenſu loqui (quod arguitur in pſeudoprophetis) ſed Hebræorum ſequi expoſitionem, à quibus non modico tempore eruditus, debeo meis ſimpliciter indicare, quæ didici.* Et alibi: *in Apol.1.in Ruff.* *Ipſe Origenes, & Clemens, & Euſebius, atque alij complures, quando de ſcripturis aliqua diſputant, & volunt approbare quod dicunt, ſic ſolent ſcribere. Referebat mihi Hebræus: &, Audiui ab Hebræo, &, Hebræorum iſta ſententia eſt. Certè etiam Origenes patriarcham Huillum, qui temporibus eius fuit, nominat, & triceſimum tomum in Iſaiam, in cuius fine ediſſerit, Væ tibi Ariel, quam expugnauit*

Dauid,

David, illius expoſitione concludit; vt cum aliter prius ſenſiſſe ſe dicat, doctum ab illo, id quod verius eſt, confitetur. Octogeſimum quoque nonum Pſalmum, qui inſcribitur, oratio Moyſis hominis Dei, & reliquos XI. qui non habet titulos, ſecundum Huilli expoſitionem, eiuſdem Moyſis putat: nec dedignatur Hebræam ſcripturam interpretans, per ſingula loca, quod Hebræis videatur, inſerere. 4. Ex iiſdem Rabbinis emolumenti non parum Dei eccleſiæ attulit Auctor multo, quam quibuſdam videtur, melior, Nicolaus Lyranus, Paulus Burgenſis, Andreas Maſius, Oleaſter, alii. 5. *Latinæ linguæ homines*, ait S. Auguſtinus, *duabus aliis ad ſcripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa ſcilicet & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas.* Quemadmodum vtiliter Græci Gentiles Philoſophi, Oratores, & Poetæ noſcuntur, ex iiſque commodi ad ſacrorum pertractationem affertur nõ ineptè aliquid: ita & Rabbinos cognoſci ac legi non omnino nullam habet vtilitatem. 6. Clemens V. Pontifex, *Hoc*, ait, *ſacro approbante Concilio* (Viennenſi) *ſcholas ſubſcriptarum linguarum generibus, vbicumq; Romanam curiam reſidere continget, nec non in Pariſienſi, & Oxonienſi, Bononienſi & Salamantino, ſtudiis, prouidimus locorũ erigendas: ſtatuẽtes vt in quolibet ipſorũ, teneantur viri Catholici, ſufficientẽ habentes Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldææ linguarum*

l. 2. de doctr. Chriſt. c. 11.

Clem. de Magiſtris.

 notitiam,

notitiam, duo videlicet vniuscuiuſq; linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſolicitè doceant, earumq; peritiam ſtudioſâ in illos inſtructione transfundant, vt inſtructi & edocti ſufficienter in linguis eiuſmodi, fructum ſperatum poſſint, Deo auctore, producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. Quibus in verbis notandum, Pōtifici propoſitum eſſe, curare, vt viri hiſce linguis inſtructi poſſint cùm infideles alios, tum Hebræos ipſos eorum armis expugnare, CHRISTIq; Domini obſequio addicere.

At hoc non *ſolis primis Grammaticæ rudimentis*, de quibus Pontificem tantummodo loqui vult Senenſis: ſed vberiore profecto & linguarum, & auctorum, ad quorum auctoritatem tanquam ſcopulum adhæreſcunt infideles; cognitione poteſt effici. ideoque & Pontifex *librorum translationem* præſcribit, vt illorum ſcilicet dogmata, erroreſque non in ſcholis publicè prælegi, priuatim tamen condiſci, tandemq; refutari poſſint. 7. Atque hoc etiam iſta tempeſtate non contra Iudæos modo, ſed & contra Iudaizantes Rabbinizanteſq; nimium aut Nouatores, aut alios forte nonnullos profuerit. ideoq; ſtatuendum multa in hiſce Rabbinicis ἄχρηστα quidē & inutilia plurima: χρηστὰ tamē & vtilia nonnulla. quorum hæc, ſi non omnibus, multis certè queant prodeſſe: illa verò quibuſdam

L. 2. Bib. Poſſ. App. 269.

Leo Caſt. diſp. de transl. ſcr. c. 47. & ſ. Geuaræ part. 2. epiſt.

in

in Eccleſia doctoribus, ad indicatos iam fines, commoda ſemper & oportuna.

III. *Recte Thalmud, Thargumim, & Rabbini quandoq; & quibuſdam locis, perſonisq;, vel omnino, vel quadam ex parte, certis cum conditionibus prohibentur: aut conceduntur.* Sunt enim hæc ex eo rerum genere, quibus, bene maleque vti licet. Vbi autem religionis vtilitas nulla, ſed apud quoſdam periculum ex hiſce creari videretur; aut certè maius inde malũ, quàm bonum exiſtere, Magiſtratuum eſt horum librorum vſu interdicere rogisq; illos vſtulandos iniicere. aut ſecus. Et hinc diuerſis Pontificibus diuerſa de hoc ſtatuta, vt vidimus. Atque hæc de Rabbinis generatim, ſatis iam ſunto.

Digitized by Google

RABBINVS MISCELLANEVS,

SEV LIBER DE RABBINIS SECVNDVS.

Proœmiolum.

LIceret iam neque inutiliter neque iniucundè, poſteaquam totum Rabbinorum genus vniuersè aliquo modo ſpectauimus; ſingulos, vel, è ſingulis ſaltem eorum claſſibus, præcipuos ac nominatiſſimos intueri. Sed quo propiùs ac citiùs, quæ meus vult Druſius exequar; de illis ad Alphabeticos Zacuthi Abrahæ indices, aliasq; tum eiuſdem, tum R. Abrahæ f. Dauid narrationes Lectorem ablegabo: & de Rabbinis, ac Rabbinicis ea miſcellè confuſimq; nunc tantum dicam, quæ in ſuâ ad *Minerual* meum reſponſione requirit adhuc *Ioan. Druſius*. Etſi enim, bonâ fide, totum me aſſem.

Iuch. à f. 69. ad 69. & hinc ad 107. in Kabb.

aſſem ipſi, eiuſque in diuina Grammatica, ſocio & familiari Ioſepho Scaligero dependiſſe arbitrabar, in vnciis tamen quibuſdam improbat ille aliquid, &, quaſi deeſſent; quędam inſuper flagitat ſcrupula. Ne malum igitur nomen ſim, faciam quod apud Platonem ſuis à diſcipulis fieri volebat. *Protagoras*: ibo in templum, & iuratus, quę videbuntur; exſoluam *ſcrupula*: eaque *capitum* loco deinceps vſurpabo. *in Protag.*

SCRVPVLVM I.

De Sanctis Patribus.

QVod in ſibi depenſo Mineruali diuinus requirit Grammaticus Io. Druſius, primum præcipuumq́; de Sanctis Patribus, quos veneror maximè, Rabbiniſque libens antefero; ſcrupulum eſt. *Nos*, ait ipſe, *grauat* (Serarius) *Patrum praiudiciis, ac ſi ab illis diſſentire nemini liceret. Quis hanc legem primus tulit?* Et paulò poſt; *Sed fabulam ſurdo, qui hęc narrat Serario, iiſq; qui Patribus tam abſurdè deditiſunt.* Denique, *An ſemper excuſandi Patres, etiam vbi turpiter halucinantur?* Sextuplex verò his in verbis peccatum. I. *Hæreticus* in S. Patres *faſtus*, dum vel hos contra ſe afferri non vult; vel ſi afferantur, contemnit: eorumq́ue ſententiis, quaſi aut imprudentiũ, aut iniquorum præiudicia eſſent Iudicum, grauari ſe quiritatur. *Hoc*, ait Vincentius Lirinenſis, *in praef.* *cap. 34.*

 apud

cap. 14. *apud omnes fere hæreſeos quaſi ſolemne ac legitimum, vt ſemper prophanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, à fide naufragent. Contra verò, Catholicorum hoc fere proprium, depoſita Sanctorum Patrum & commiſſa ſeruare, damnare prophanas nouitates.* II. *Ignorantia*, vel ignorantiæ potius irriſoria ſimulatio, dum de auctoritate Patrum *quis legem primus tulerit*, percunctatur. *Veteribus*, inquit S. Baſilius, *ac beatis illis viris, qui iuxta exactam ſuam eruditionem quidpiam ſtatuerunt, ipſa etiam antiquitas fidem conciliat.* Et Eccleſiaſticus: *Non te prætereat narratio ſeniorum. Ipſi enim didicerunt à Patribus ſuis. quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tẽpore neceßitatis dabis reſponſum.* III. *Impudentia* nimium quam arrogans, dum ſuum vnum, vniuſque ſui forte Scaligeri iudicium tot ac tantorum anteponit veterum iudiciis. *Quanto*, aiebat Iuliano Pelagiano quondam S. Auguſtinus, *tibi eſſent iſti Iudices optabiliores, ſi teneres Catholicam fidem, tanto tibi ſunt terribiliores, quia oppugnas Catholicam fidem, quam in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt: cuius lac & cibũ paruis magniſq; miniſtrauerunt. quam contra inimicos, etiam VOS tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertiſſimè ac fortiſſimè defenderunt. Talibus poſt Apoſtolos ſancta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus creuit.* IV. Improba *Catholicorum criminatio*, dum quaſi *abſurdè Patribus*

de Spir. c. 29.

c. 8.

l. 2. contr. Iul. c. vlt.

tribus dediti ſint, eos accuſat. Sed nonne abſurdum potius, Magiſtris diſcipulos, nutritoribus alumnos, patribus filios deditos non eſſe? *Iſti* enim, vt pluſcula S. Auguſtini verba interſcribere liceat; *ſunt docti, graues, ſancti veritatis acerrimi defenſores aduerſus garrulas vanitates: in quorum ratione, eruditione, libertate, non potes inuenire quod ſpernas: qui quod inuenerunt in Eccleſia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt*. V. magna *in ſeipſum ſæuitia*. Cum enim Scaligeri, ipſiusq; Druſii maledicas in Eccleſiæ lumina voces recitaſſem, ait Druſius: *Poſt natam calumniam, non fuit vnquam maior calumnia. Nam ſi quis eſt, qui de Patribus honorificè ſentiat, is ego ſum.* At ipſum offocant ipſius allata, capitis huius initio, verba: & multo maxime facta pænè aſſidua. Monſtrant enim hæc, eum χρηστολόγον, qui manu panem vnâ porrigat, lapidem contorqueat alterâ: vel potius, ore duntaxat panem det: ambabus verò, vt contra Dauid Regem maleſanus *Semei*; iaciat lapides manibus. VI. Mendax *in Serarium calumnia*, dum de eo loquitur, quaſi doceret ille, nunquam vlla in re ab hoc aut illo diſſentire Patre fas cuiquam eſſe. At Serarii verba hæc ipſiſſima: *Nemo quidem quidlibet cuiuslibet è veteribus probare aut ſuſcipere cogitur. Licet ab quouis, in rebus, quæ fidei non ſunt, ſi ra-*

l.1.reſ.c.9.

2. Reg. 16.

l.2. Min.c.3.p. 49.

ſi ratio aliqua occurrat bona, diſſentire. Sed eos le-ui de cauſa, tam grauiter inſectari, tam acerbè per-ſtringere, tam vniuersè imperitos, fraudulentos, errabundos, hariolabundos, aſinosq; vocitare (vt feciſſe Scaligerum ac Druſium illic probatū) p. 51. *num oportet? num decet? num expedit?* Et ſimilia rurſum poſtea. quæ Druſianæ fronti veterem illam inurunt notam K. Quibus ergo Iulianum hæreticum verbis affatus olim S. Auguſtinus, his iiſdem, in primi huius ſcrupuli exitu, affetur Druſium: *Tam ſunt graues Patrum ſententiæ, vt te videam ſub earum onere laborare.*

SCRVPVLVM II.

De iis, quæ, contra SS. Patrum auctoritatem funditat Druſius.

VT Patrum eleuet diuinus Grammaticus auctoritatem, ſeque iſtâ preſſum, in præf. pæneque oppreſſum alleuet nonnihil: *Nos*, ait, *cenſebimus de illis, vbi viſum erit, & expedire iudicabimus.* Nimirum vos decet, qui, veſtrâ quidem ipſorum fabâ, Cenſores, Criticique eſtis omnium maxumi: de omnibus quidem vbi vobis viſum; cenſentes: à nemine vnquam cenſendi. Et immenſæ adeo poteſta- in præf. tis rationes vobis duæ: Vna; *Tantùm abeſt; vt culpari debeat hoc* (cenſere de Patribus, vbi

vbi &quandо viſum) *vt ſtudÿs litterarum multo conducibilius ſit, quam auctoritate ſola acquieſcere: & fide ſemper aliena accipere omnia.* Sed, mi homo, iſto quidem tuo ariete ſacroſanctam totorum Bibliorum auctoritatem cōcuſſeris, teque ac tuos à Luthero, Caluino, Mennone, Schwenkfeldio, teipſo, ad Manem tranſtuleris. *Dicebant* enim, vt ait S. Auguſtinus, *Manichæi, terribili auctoritate ſeparata, mira & ſimplici ratione, eos, qui ſe audire vellent, introducturos ad Deum, & errore omni liberaturos: Catholicos ſuperſtitione teneri, & fidem iis ante rationem imperari: ſe a. nullũ premere ad fidem niſi prius diſcuſſa & enodata veritate.* Tibi ſane optarim, totũ hunc de Vtilitate credẽdi libellum ſemel duntaxat lectum. Saniora, opinor, ſaperes. Sed quia Rabbinologia in eo nulla, & verò totum te Grammatica, Criticeq; tua tenet occupatiſſimum; cognoſce, litterarum duplicia eſſe ſtudia. Quædam enim ad rerum inueſtigandas naturas, cauſas & effecta pertinent: quædam ad ea, quæ antiquitus geſta, dicta, exiſtimata, & iudicata; cognoſcenda. In vtriſq; magna eſt auctoritatis vis; ſed in poſterioribus maxima, pæneq; ſola. Ratio verò Druſij altera: *Neque effœta,* inquit, *penitus vel exhauſta natura, vt nihil prioribus annis pariat ſimile. Eadem ſemper ſui ſimilis eſt.* At natura vel quoad res, quarum parens, &, acceptis à Deo adminiculis; ipſa procreatrix eſt; vel quoad eas, quæ cœleſti ope

L. 1. de vtil. cr. c. 1.

Digitized by Google

diuinaq; gratia ſupernaturali egent, conſiderari poteſt. In illis, rametſi, qui tergiuerſetur, non nemo eſt) annuunt Druſio, in *corporatis* quidem *rebus* Columella, in hominum *ingenijs* Plinius. *Non*, inquit ille, *fas exiſtimare, rerũ naturam, quam primus ille mundi genitor perpetua fœcunditate donauit, quaſi quodam morbo, ſterilitate affectam: neq; prudẽtis credere tellurem, quæ diuinam & æternam iuuentutem ſortita, cõmunis omnium parens dicta ſit. quia & cuncta peperit ſemper, & deinceps paritura ſit.* Iſte verò, *ſic ait, miror antiquos, vt temporum noſtrorum ingenia non deſpiciam. Neq; enim quaſi laſſa & effœta natura nihil iam laudabile parit.* In rebus verò, quæ ſuprà naturam eminent, cauſasq; poſtulant diuiniores, diſſimillima ſæpè, quæ *ſui ſemper* alioqui *ſimilis* dicitur; gignit natura. Ingeniũ ſæpè alicuius exile, craſſum, & pingue. At diuino perfuſum rore, ſuperaq; conformatum & perpolitũ manu, quàm magna & mira efficit! Contra verò, vbi cœleſtes gratiæ imbres ſolesq; deſunt; in optimo ſępè ingeniorũ ſolo nihil niſi ſteriles dominantur auenæ: aut certè vrẽda filix, triſtesq; tribuli, ac ſentes innaſcũtur. *Cuiuſmodi enim libet*, ait S. Auguſtinus, *excellant ingenio, niſi Deus adſit, humi repunt homines.* Et S. Hieron. *Hæreticorum terra fœcunda eſt. quia à Deo acumen ſenſus & ingenij percipientes, vt bona natura in cultum Dei verterent, fecerunt ſibi idola. Nullus enim poteſt hæreſin ſtruere, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet*

Lib. 1. præf.

L. de vt. cr. c. 10

in c. 10. Of.

Sie & Naz. or. 26.

bet dona naturæ, quæ à Deo artifice ſunt creata. Talis fuit Valentinus: talis Marcion. quos doctiſſimos legimus. Ne igitur tantum ſibi ſupercilium, tantamq; cenſuram in S. Patres, quorum omnis in diuinarum rerum explanatione induſtria & labor conſumitur; diuini ſumant Grammatici. *hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit.* 2. Pet. 1. 20.

SCRVPVLVM III.

De S. Patrum cum Iudæorum Rabbinis, Ethnicorum ſcriptoribus, noſtriſq; Nouatoribus comparatione.

NOn tam verbo quam facto, S. Patrum cũ Iudaicis Rabbinis comparationem inſtituunt Nouatores. qui, ſi Patrũ aliquis aliquid dixerit, ꝙ à Rabbinorũ negetur aliquo, huic quam illi fidem malunt adhibere. *Illud,* ait Druſ. *excuſari nequit, quod Aquibam, qui ſub Adriano vixit, præponat Hieron. Ioanni Zachæi filio, qui tempore Veſpaſiani floruit: item quod ait Hillelem natum in Iudæa, cum natus ſit in Babylonia.* l. 1. Reſ. c. 7. Sed ſi à Druſio quæratur, vnde iſta iſti cõtra S. Hiero. mens? vnde tantũ, tamq; graue, ꝙ excuſari nequeat, in illo cõuincat flagitium; audiemus: Quia ſecus tradit R. Abrahã Zacuth. Nõ de re ipſa iam diſputo (factũ id ſupiore libr. fietq; hoc infrà cõmodi⁹) ſed de l. 2. de ſec. c. 2. p. 59.

argu-

ſup. l. 1. c. 7. ſect. 5.

argumentationis VI, deq; Patrum cum Rabbinis contentione. illudque penitus aſſero; ſi quando cum Patrum aliquo pugnet Rabbinorum aliquis, & alia nulla, quæ Rabbinum adiutet; ſuppetat vel ratio, vel auctoritas; piæ, Chriſtianæq; mentis videri, vt illi potius, quam huic ſubſcribamus. Cur enim nuda verpi alicuius aſſeueratione mouear potius, quam Chriſtiani, ſapientis, docti, & ſancti teſtimonio? An non Rabbinorum, qui à Nouatoribus hodie laudantur, pleriq; pleriſque ſanctis Patribus æuo recentiores, doctrina inferiores, fidei, virtutisq; omnis inaniores? Eadem mihi quoque ſententia, ſi quando ab Chriſtianis Patribus diſſideat Ethnicorum ſcriptorum aliquis. verbi cauſa. *OMNES*, inquit Scaliger, *VNO ORE & Demetrium Phalereum curatorem Bibliothecæ Philadelphi fuiſſe, & ex ſuggeſtu eius, ſacros Hebræorum libros conuerſos dicūt.* Quid igitur? Quod *OMNES*, & *VNO* quidem *ORE* aſſerunt, id falſum eſt? Falſum, inquit Scaliger: quia ſecus apud Laertium narrat *Hermippus*. O in homine, qui Chriſtianus haberi vult, iudicium! Plus vni neſcio cui Gentili, quam tot & tantis, tam priſcis, tam eruditis, tam grauibus & claſſicis auctoribus omnibus tribuendum? Sed & alterum eſto exemplum. *S. Iacobum Apoſtolum*, minorem appellatum, referunt Hegeſippus, Euſebius, D. Hieronymus in templi pinnaculo, Græcè *ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ* à Iudæis ſtatutum,

Anim. Euſeb. p. 123.

lib. 5. lib. 2. hiſt. c. 23 in Catal.

tum, indeq; in ſubiectam humum deturbatum, martyrioq; affectum. At Scaligero aniles hæ fabulæ: & viri illi tanti, vani ac mendaces. Quid ita? Quia Iudæus ſcripſit Ioſephus, *totum templi faſtigium conſitum fuiſſe verubus ferreis, vt ne aues quidem ibi conſiſtere poſſent.* Plus ergo vna vnius Iudæi apud nos Chriſtianos valebit narratiuncula, quam tot tantorumq; Chriſtianorum tam grauis aſſeueratio? At, mi Scaliger, etiam atq; etiam, quo feraris, vide. Iſto enim tuo concludendi artificio, non Hegeſippum modo, Euſebium, & S. Hieronymum, ſed ipſum etiam *S. Matthæum* Euangeliſtam mendacem, anilemq; fabulatorem eſſe concludis. Dum enim CHRISTI Domini tentationem ille deſcribit; *Tunc*, inquit, *aſſumpſit eum Diabolus, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi.* Græcè *καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ.* Audin' idem omnino *pinnaculum*? idem *τὸ πτερύγιον*? Hem! quo Philetarum noſtrorũ audaciſſima procedit critice! Quin & ijdem ſibi, quam patribus, fidei plus haberi pænè flagitant. Nam ſi contra illorum aliquem, etiam abſque magno vllo argumentorum robore, effutiant aliquid, hoc ab omnibus accipi, &, quaſi ex tripode oraculum, ſuſpici laudariq; volunt. Ni fiat, omnia omnium conuiciorum expectanda tonitrua. Sed æquiſſimum profecto, ne ſe ab Seniorum latere abſtrahi facile ſinant iuniores. Nolebat Lacon valde prudens

Animad. Euſ. p. 178.

l. 5. Capt. c. 14.

dens *Agaſicles, Philophanem,* quantumuis eru-
Plut. Apoph. Lac. ditum, audire, ꝙ *quorum non eſſet filius, nollet*
l. 2. contr. Iul. cap. 10. *eſſe diſcipulus.* Ego, aiebat S. Auguſtin. *à Pelagianis ad Patres cõfugio: Tu ab iſtis ad quos?* Ad appellas Rabbinos? ad idololatras Hermippos? ad vos ipſos Neoteriſtas? Noluit in me-
lib. de ſect. vulne. dica diſciplina Galenus *Caryſtij Dioclis* & *Coi Praxagoræ* auctoritatem alijs noua inferentibus dogmata poſtponi. Polybiũ in Geogra-
lib. 2. phia, quòd veteres contemneret, ſequi recu-
cap. lib. 11. c. 27. ſauit Strabo. & ſuperiore libro, dicebat Ribbi *Ioſue, illos qui à iunioribus diſcunt, ſimiles vuarum immaturarum comeſoribus, muſtiq; turbidioris ex ipſo fluentis torculari potoribus.* Sapienter verò Ribbi alius, *Matthias Horeſchi F. Eſto cauda leonum, & ne eſto caput vulpium.* Satius nimirum, in ſanctiſſimo grauiſſimoq; S. Patrum templo, nouiſſimum abiectiſſimũque locum tenere, quam in Rabbinorum ſynagogis, Gentilium exedris, hæreticorumque pulpitis principem ac regem agere. Sapienter etiam apud Herodotũ Themiſtocles,
lib. 8. μὴ σεμνεύεσθε ἐπὶ τοὺς πατέρας: itemq; Halicarnaſſeus in Iſocratis Areopagiticum.

SCRVPVLVM IV.

De Druſiana graui contra S. Hieronymũm, ex Abdiæ vatis Boſphoro, accuſatione.

Ioſ. l. 16. c. 5. ADulationis cauſa, in Boſphorum olim ad *M. Agrippam* profectus eſt *Herodes:*

Digitized by Google

des: accuſationis verò, allatrationiſq; cauſa, eodem, vt ipſe quidem putat; proficiſcitur *Druſius*. Vt enim rectè ſanctos abs ſe carpi Patres oſtendat, repetit ſua illa, quæ notaram alias, mordacia: *Hic non excuſo Hieronymum*: & ſubdit: *Lege ſequentia, quæ Serarius callidè omiſit*. Imò prudenter, oportuneque omiſit. Neque enim illa tota exſcribere opus: neque ratio, bonorumq; vſus ſcriptorum fert, vt vbique diſputentur omnia. Quod alioqui rerum chaos? Quod confuſaneis, infartilibusque omnibus vaſtum ſatis volumen? Quia prudẽtiam tamen, εὐμεθοδίαν ϗ εὐταξίαν maligne interpretatur Druſius *calliditatem*; age cedamus ipſius importunitati, & quæ legi præcipit, ſequentia illa legamus. *Ibi*, ait, *locus eſt ex Commentarijs ipſius* (D. Hieronymi) *in Abdiam, vbi Hieronymus ait, ſe à præceptore ſuo didiciſſe* בספרד *Boſphorum eſſe. Quo nihil ineptius: nihil abſurdius. Quare hoc non excuſat Serarius tantus Hieronymi patronus? Faceret, ſi poſſet.* Gaudeo, mi Druſi, tam propenſam mihi abs te in Sanctos Patres, adeoque in iſtum S. Hieronymum voluntatem tribui. qui vt Sancti de eo Auguſtini verba vſurpem; *ſecundum gratiam, quæ data eſt ei, ſic in Eccleſia laborauit vt eruditionem Catholicam, multum in Latina lingua, multis & neceſſarijs litteris adiuuaret.* Videamus igitur, an quod in ſancto iſto tantopere allatrat Druſius, adeo ineptum & abſurdum ſit: an quod excuſari à me ait

2. Min. n.

l. 1. Reſ. c. 7.

l. 1. cont. Iul. cap. vlt.

Digitized by Google

non poſſe, poſſit tamen. In tria verò totam cõ-ijcio iuſtiſſimam excuſationem. Ac

I. Quæro, ſi *Boſphorus* in Propheta eſſe nõ debet, ecquid eſſe debet aliud? Græcos adeo Codices. In quibuſdam inuenio ἀφαρὰθ, in alijs ἀφραθὰ, in alijs ἐφραθὰ: in pleriſq; , prout ipſemet atteſtatur S. Hieronymus, σαφαράθ. Hinc ad Chaldæum rectâ eo Paraphraſten: in eiuſque quibuſdam libris video *Sephamia*, in quibuſdam *Sephania*. His non contentus, pergo porro ad Nouatores, & duplicem in ijs cùm verſionem, tum explicationem comperior. Quidam enim vt Munſterus, Lutherus, Geneuenſes, ipſeq; poſt eos Druſius, pro *Boſphoro* vertunt *Sepharad*, propriumq; id eſſe nomen contendunt. Iunius verò ac Tremellius proprium eſſe nomen pernegant, vertiq; volunt *finem dominatus*. *Deportati*, aiũt in ſuo ipſorum textu; *Ieruſchalaimani*, *quod eſt in fine dominatus, id hæreditario iure poßidebunt cum ciuitatibus Auſtralibus*. In tanta lectionum verſionumq; varietate, ſi Hieronymum contemnimus; quidnam tandem tenendum? quid amplectendum? Vel vna hæc ſola ſatis excuſare illum poſſet diſſenſio. Quid enim eſſet cauſæ, cur quod ſibi Druſius, alijſque licere vult vel Interpretibus, vel Nouatoribus, vt ſuam de obſcuriore loco dicant ſententiam; id tanto, tantiſq; doctrinæ ac gratiæ dotibus longè ornatiſſimo Patri, Eccleſiæq; Doctori non liceat?

II. Si

II. Si *Boſporus* in Abdia eſſe non debet, ſed eorum, quæ iam audijmus, aliud quidpiam, quæro quidnam iſtud, & vbi terrarum ſit? Quæ in Chaldæo Thargum dicta eſt *Sephania*, eam, ipſamque *Sepharad*, eſſe *Hiſpaniam* conclamant Rabbini: quotieſque de Hiſpania ſermo incidit (incidit autem in Radabo præſertim & Zacutho frequentiſſimè) *Sepharad* ſemper eam nominant. Reclamant verò, & quidem contentiſſimè, tam Catholici, quàm hæretici quamplurimi. Ex hiſce duos tantum nunc accipe. Scaliger, *Recentiorum*, ait, *Iudæorum hic nouitius, & nuperus ſtupor, Tſarphath, hoc eſt, Sareptam Syriæ, Franciam interpretantium, & Sepharath Hiſpaniam, & Aſcenez Alemaniam.* Iunius ſuo cum Tremellio: *Quod Iudæi omnes ſequuti Chaldæum Paraphraſten Hebræam vocem hoc* (Abdiæ) *loco poſitam, vt proprium regionis nomē interpretantur Hiſpaniam, dignum eſt tam audacibus fabularum auctoribus.* Nec verò Sarepta eſſe poteſt illa Sidoniæ, in quam, alimoniæ à vidua quadam accipiendæ cauſa, miſſus Elias; & quæ in Abdia ipſo, paulo ante verſum in quo Boſphorus, collocatur. Nam ea Hebraicè *Tſarphath* nominatur. & quæ *tranſmigratio Hieruſalem* in hanc viciniſſimam abducta Sareptam? Qui è Sareptana prodeuntes captiuitate Hieroſolymitani, ciuitates Auſtri poſſederunt? Si explodendus igitur omnino Diui Hieronymi *Boſphorus*, quis in Pro-

Raber. in Ald. Forſt. p. 560. & 714. Emend. l. 7. p. 615.

in Abd.

3. Reg. 17. Luc. 4. 26.

pheta locus, & quo in terrarum climate accipiendus? Elingues profectò hactenus ac muti omnes fuere Nouatorum Commentatores, Geographi, Grammatici, Critici, Lexicographi. neque quam in *Boſphorum*, in regionem locumue alium intendere digitum adhuc potuerunt. Verum cum à Druſio ipſo minores publicè, ſua in ſchola, explicatos Prophetas, eaſque in lucem editas explicationes intelligerem, non dubitaui, quin cui Diuus adeo ſorderet Hieronymus, aureum ipſe vellus inueniſſet; aut inueniſſe ſaltem ſibi videretur. Diſcupiebam maximoperè, rem, ob quam tam indigne tantus à tantulo vapularet Sanctus; rem tam omnibus adusque Nouatoribus indictam, inuiſam, inauditam, ac ignoratam; rem, ob quam ſuis mihi caput commitigaret pugnis, & in qua mihi prorſus ἀδύνατον Diui Hieronymi patrocinium ſcriptitaret Druſius; ab eo ipſo, Grammatico tam diuino, diſcere. Sed eius libro carebam. Quærenti tamen, commodùm affuit, qui habere ſe diceret, vtendumque, cum alijs nonnullis, tantiſper daret. E veſtigio igitur ego, ardentiſſimam veluti ſitim expleturus, Abdiam inſpicio. quæro de voce, quam pro *Boſphoro* ſubſtituit, *Sepharad*, quid hic ea ſibi velit? an regionem, vrbem, viam, villamue aliquam ſignificet? qua in mundi plaga locus ille ſit? & quid certò tandem de hoc ſtatuendum? Sed, ô

inanem meam ſpem! ò fruſtra quæſitam, expectatamque Druſij demonſtrationem. Ficum acceſſi. ſed ficus non inueni. Theſaurum credidi. ſed carbones fuerunt. *De Sapharad*, inquit, *nihil alibi legitur. Itaque itum eſt in varias ſententias. alijs locum Babyloniæ, alijs Boſphorum, alijs deniq; Hiſpaniam intelligentibus. Quæ poſtrema interpretatio à Chaldæo comprobari videtur. Ego quid fugiam, vt ille dicebat, habeo: quid ſequar non habeo.* At prudentiæ, modeſtiæq; fuit, niſi ſi certior, magiſq; compendiaria inuenta eſſet ſemita. viam nō deſerere regiā. Quid *Boſphorum* fugis, cum fugiendi cauſa tibi nulla ſit? Quid à D. Hieronymo diſcedis, imò eum acerbè adeo, petulanterq; inſectaris, cum, quem ſequaris, nullū habeas alium? *Mat. 11. 13.* *p. 50.*

III. Boſphori porro tuendi & explicandi plures modi ſunt. Sed pauculos, vt quem quis voluerit, deligat; indicabo. Aſpiciantur ergo primò quinæ illæ initio poſitæ contextus Hebraici litteræ ספרד; & puncta, quæ ijs recentiùs, prout antea conſtitutum; addita, remoueantur omnia, nonne *Boſphorod* legi tum queat? 2. Eiuſdem organi litteræ, quæ quidem pænè ſomi eiuſdem; apud Hebræos interdum permutantur. ideoq; ר vltimū eſſe pro ת poteſt. quod ſubindicant Græci libri omnes, in quibus, quemadmodum vidimus antea; ſemper θ, nunquam δ. ſicq; *Boſphoroth* fuerit. Accedit quòd & Hebræum ab ה & ח vno tantum læuo diſtinguatur latere. ita *ſup. lib. 1. c. 12.* *Gr. Hel.*

vt in Hebræorum libris *Thephilloth*, *Selichoth*
l.3.Iſag.p.319 & alijs ſæpe pro *elohim*, ſcribatur *elodim*: &
pro *Amurath* dicant Turcæ *Morad*, ipſo teſte
Teter Scaligero.eademque litterarum iſtarum cō-
Peder mutatio in nonnullis Germanicis vſitetur
in Abd.p.60. dialectis.Et Druſius quidem Græcam vellet
Obſ.l.2.c.21. ſcripturam ſuum abijcere θ ac δ recipere, vt
ſit σαφαερδ aut σαφερδὰ. Sed quod in Græca
tentat ille, in Hebræa quid vetat? præſertim
cum eo, quos iam dixi, nonnihil inuitent
coniecturæ. 3. Eſt & illud apud Iudæos fre-
quens, vt pro thau raphato pronuncient *s.*
prout in *krubas* ab Elia monitum. Sicque ſu-
os illos ante citatos libros vocant *Thephillos*
& *Selichos*. Quidni ergo pro *Boſphoreth* legat
quis *Boſphoros*? Atque hæc de vocabulo, ſi
quidem aut ipſam litterationem, aut pro-
nunciationem ſolicitare cuiquam liberet.
Sed & Maſoreticos apices omnes retinea-
mus, & legamus ac pronunciemus, prout in
hodierno Hebræo eſt, *biſpharad*, & indage-
mus, an pro hoc tranſtulerit perperam D. Hi-
Sic Dr.p.70. eronymus, *in Boſphoro*. 4. igitur ſciendum,
de Gam. *Boſphorum* non vnum duntaxat in rerum na-
tura eſſe. Quemadmodum enim plures, eiuſ-
dem nominis, in diuerſis regionibus, homi-
nes, ſic vrbes etiam, locaq; alia. Notus è Plu-
lib. de non fa- tarcho verſiculus, ad quem & in *Equitibus* al-
ner. luſit Ariſtophanes:

Eſt Pylus ante Pylum: ſiquidem eſt Pylus altera
ſanè.

In

In Thracia notiſſimum *Byzantium* eſt. ſed
& alterum in India *Byzantium* recenſet *Pto-* tab.10. Aſ.
lemæus & Stephanus. Quid Rheno ac Danu- l.de vrl.
bio amnibus, noſtra in Germania, celebrius? l.3.c.16.
Sed & in Italia *Rhenum* Plinius; in Babylonia l.16.c.37.
Danubium alterum collocat *Hopkinſonius* An- ſyn.de para. p.12.
glus. Et Suidas quidem ac Strabo duplicem
nominant *Boſphorum, Thracicum, & Cimme-
riũ*, addit Stephanus tertium, *Indicum*, quar-
tum Germanica ſuggerit Francia, vulgo
Ochſenfurt. Quid & in Babylonia quintum
prohibeat addere? Sed fortè hunc ipſum vo-
cauit Stephanus *Indicum*. quod quæ à nobis
remotiora, præſertim orientem ſolem ver-
ſus; ea ferè *Indica* vocari ſoleant. huncque i-
pſum intellexit Sanctus Hieronymus, cum
in ſuo ſcripſit Commentario: *Poſſumus locum* in Abd.
quemlibet regni Babylonis intelligere. Quomo-
do igitur non ineptus, abſurdusq; Druſius,
cum iſto Abdiæ Boſphoro *nihil* ait *ineptius,
nihil abſurdius?* An vbi *Danubius* & *Byzanti-
um*, ibi nullus eſſe queat *Boſphorus?* 5. Cũ iſta
verò expoſitione poteſt & illa cohærere,
quam ex Aſſyriaco idiomate attexuit idem
Sanctus, cum ait: *Conſuetudinis Prophetarum
eſt, quando loquuntur contra Babylonem, Ammo-
nitas, Moabitas, Philiſthiim & cæteras nationes,
multis ſermonibus linguæ eorum abuti, & ſeruare
idiomata prouinciarum. Quia ergo, lingua Aſſyri-
orum, terminus, qui Hebraicè vocatur gebul, dici-
turApharad; hunc ſenſum eſſe conijcio: Tranſmi-*

gratio Hieruſalem, quæ in cunctis terminis, regionibusq́; diuiſa eſt, vrbes Auſtri, id eſt, tribus ſuæ recipiet, ita vt *Boſphorus* in extremis Babylonici regni ſitus finibus, alios quoque fines tropo non inuſitato ſignificet. At hanc etiam expoſitionem alibi carpit, & admordet Druſius. *Quibus*, ait, *verbis terminum in lingua Aſſyriorũ Sepharad vocari perſpicue dicit Hieron. Id autem (cũ venia ipſius dixerim) falſum eſt. Non enim terminus in ea lingua Sepharad appellatur: ſed ſephar nec id proprie.* Sed vnde Aſſyriacam meliꝰ linguam nouit Druſius, quàm S.Hieron. Nonne ille in Palæſtina viuebat: Aſſyriiſq; multo vicinior, vel eos, vel eorum linguę gnaros interrogabat? *Grammatici*, ait, *exponunt, dicentes eſſe terram populorum, quæ vicina ſit terræ Iſrael?* Sed quęnam iſta, obſecro, terra? imo quinam iſti Grammatici? Aſſyrij an Rabbinici? Quos tamen ipſemet Druſius, ſatis oſtendit vocis ignaros, cum ſubdit ab ijs dici, *eſſe ciuitatem mari vicinam, & a Chaldæo in Ioſue vocari littus maris, ſephar iamma.* Sit verò iſtud vtrumque verũ, cur in Babylonico regno latius ad Auſtrum vſq; porrecto nõ ſit aliqua, quæ *Sepharad* aut *Boſphorus* vocetur, ciuitas maritima? cur & magni illi Babyloniæ fluuij, ex Hebræa phraſi, *maria* dici non queant? Cur aut Auſtralis Caſpiiue pelagi, aut fluminum horum littus *Sephar.* & *Sepharad* nominari haud poſſit? Sed contra Druſium, Diuo Hieronymo aſſentiuntur duo alij Nouatores *Tremellius*

lib. 2. Obſer. vltim.

lius & *Iunius*: niſi quod expreſſe, cuius rei terminus ſit, adiungunt. quod cum de Aſſyriaco Babylonicoque imperio agitur, facilè à quolibet intelligitur: ideoq; & à S. Hieronymo forte tacitum. *Hebræam*, inquiunt, *vocem* *in Abd.*
Sepharad appellatiue accipientes, vt loquuntur Grammatici confirmamus ex duabus eſſe expoſitam, quæ cõiunctæ ſignificant terminationem dominatus, ſeu, vt in textu verterant, *finem dominatus* aut imperij. Eſt enim, vt iam dictum; *ſephar* terminus ac finis, *rad* verò ſeu *radad* dominari eſt. 6. Quemadmodum verò eiuſdem nominis homines, locaq; plura, vt ſuprà dictum; inueniuntur: ita ſanè & eiuſdem hominis aut loci plura ſæpè nomina ſunt. vt Hieroſolymorum, Hebronis, Bethleem, Romę aliarumq; vrbium plurium. Vnum igitur aliquem in Babylonia locũ eſſe, qui *Sapharad, Sepharad, Apharath, Boſphorus*, aliisuę antea poſitis aut mẽdoſis aut emendatis nominib. appelletur, quid abſurdi? Quid ſi & illũ *Borſippam, Borſippa, Borſippumq;* vocari conijceret quis, num aberraret? Nam, vt quæ de horum nominum vrbe tradunt Stephanus, Strabo, Ioſephus; prætermittam; aliqua ſanè vocis & notionis videtur affinitas, cum *ſuph* Hebræis finis ſit, & cum aliqua metatheſi *rad*. quod dominandi vim habet, incluſum videatur. deinde verò congruit optimè illud è Thalmudis ſedere quarto: *Babel & Borſiph in ſignũ malum legi ſunt.* 7. Sed ſit hoc, vt libet; Bo-

Pſ. 141. 2 Reg. 22. Iſ. 45. Ier. 2.

Sc. l. 3. Iſag. p. 313.

cap. 11.

ſphorum tamen in Abdia ſi aut Raſchi, aut Ralbag, Radakue aſtruerent, Druſius ſanè, pro ſuo in hos, quam in ſanctos Patres, amore obſeruantiaque maiore, vel omnino acquieſceret, vel certè eo ipſo *nihil ineptius, nihil abſurdius* haudquaquam ſcriberet. Nunc hoc aſtruxit Chriſtianus Magiſter. isque magnus, doctus, ſapiens, & ſanctus: & farfari folia ſunt. 8. Quia tamen tanti Rabbinos facit

l.1.cap.vlt. Druſius; nonne ab ſuo Rabbi *Barhanina*, de quo ſuprà; id ſe hauſiſſe Beatus ille profitetur Pater? Et quid Rabbino huic defuit, quo minus ei, quàm Raſchio, Ralbago, Radakoque adiungatur fidei? An non hiſce multo vetuſtior omnibus? non in Orientis illis regionibus verſatior? non ſacrorum eruditione librorum præſtantior? Non ſanè ipſum ſibi homo naris minimè obeſæ vel præceptorem aſciuiſſet, vel aſcitum retinuiſſet, vel retentum identidem laudaſſet, niſi excellentiorem in eo quam in Rabbinis quibuſdam alijs, doctrinam ſenſiſſet. 9. Sed qui Rabbinorum aliquot inſtar eſſe poteſt; ecce tibi è Nouatoribus, qui, vt ipſe quidem ſcribit; ſuas in Rabbinos facultates profu-

præf. dict. dit; in ipſorum Synagogis longo verſatus eſt tempore: ipſos domi ſuæ proprijs aluit præ-

lib. 1. cap. vlt. ceptores impenſis: ipſorum ſtudioſe Commẽtaria euoluit, *Ioannes*, de quo ex Beza nuper; *Forſterus*, D. Hieronym. ipſiusq; Rabbino

p. 460. & 714. prorſus aſtipulandum ſemel ac iterũ aſſeue-

rat.

rat. *Quemadmodum,* ait, *Iudæi Tſarphath Galliam illam occidentalem, ita Sepharad ei vicinam Hiſpaniam vocant. vtrumque tamen falſo, & ſine vlla ratione inſigniq; inſcitiæ & oſcitantiæ patefactione. cum ex textu certiſſimè conſtet, loca eſſe Septentrionalia. Quare præceptori Hieronymi, & auctori vulgatæ editionis omnino aſſentior, qui, vt in textu eſt ſcriptum, biſpharad, Boſphorum transtulerunt. Siquidem hæc vox pronunciatione cum Hebræo congruit.* nimirum, quia duo ei ſubiuncta cametſim poſſunt, vt ſupra docui, velut duo noſtratia *o* pronunciari, vt ſit *biſphorod.* 10. denique ſic ratiocinor. Tam Orientalis, quàm Occidentalis *Boſphorus* in Abdia rectè accipi poteſt. Quæ igitur impudentia eſt, eo *nihil ineptius, nihil abſurdius* declamitare? Ac de Orientali quidem probatũ hactenus: de occidentali autem luculentum ipſius D. Hieronymi teſtimonium extat hoc: *Hebræi captiuum populum Iudæorum non ſolum in Medos & Perſas, ſed in Boſphorum quoque & ſeptentrionalem plagam ab Aſſyrijs atq; Chaldæis eſſe translatũ: & poſtea eos ex parte eſſe reuocatos, Dei eos ad ſe conuertente clementia & hoc eſſe, quod nunc* (in Zacharia) *dicitur, Tranſibunt in mari anguſto Propontidis anguſtias, quæ Chalcedonem, & quondam Byzantium breui freto diuidunt.* Quocirca tot ac tantæ *Boſphorum* iſtum tuendi & explanandi viæ cum ſint, nullum autẽ vel minimum ei euertendo Nouatori ſuppetat argumentulum, deſinat Druſius Beatiſſi-

l. 1. c. 5.

In Zach. c. 10.

Digitized by Google

mum Patrem; Eccleſiæq́; Chriſtianæ Magiſtrum; & per huius latus, vulgatam noſtram verſionem, Eccleſiamq́; Catholicam totam inimiciſſimo audacis, temerariæ, maledicæque linguæ ferro petere & ſauciare. In Ioſepho, in Fagio, in trioboli neſcio quibus homunculis dicit interdum ipſe Druſius, *eorum*, ne erraſſe putentur, *verba dextrè capienda*: & S. Hieronymi verba dextrè capi non vult?

L.1. de ſec. c. 5. & 6. L.2. c. 7. Reſ. l. 2. c. 9.

SCRVPVLVM V.

De Rabboth Akibis.

Reſ. l. 1. c. 7. & ſimilia de R. Ioſue l. 2. de ſec. c. 11. p. 60.

SImiliter, ait Druſius, *illud excuſari nequit* (in S. Hieronymo) *quòd Aquibam, qui ſub Adriano vixit; præponat Ioanni Zachæi filio, qui tempore Veſpaſiani floruit.* Imo excuſari poteſt hoc duob. modis facillimè. *Vnus* eſt; D. Hieronymum in illa Rabbinorum aliquot breuicula recenſione, non ſuam, ſed Nazarenorum, quos citat; referre ſententiam. Ipſa eius verba recitaui aliâs. Modus *alter* eſt, in Rabbinorum ſuorum catalogis, ne ipſos quidem Iudæos conſentire ſemper & conſpirare, vt intelligere ſuprà licuit lib. 1. cap. 7. & nonne R. Iochanan Zachæi filius, non, vt illic, cum Rabban Symeone Hillelis f. ſed cum R. Symeone Gamalielis ſenioris f. ab R. Abarbinel coniugatur? Nonne ipſe R. Akiba modo Ioſuæ, modo Eliezeris, interdum etiam Tarphonis diſcipulus ſtatuitur? Nonne à Ram-

L. 2. Trib. c. 12.

Iuch. 16. 17.

Pr. in her. Patr.

Iuch. 22.

à Rambam, ipſoque iſtum ſecuto Druſio, *l.2 de ſec.c.11.*
Cabbaliſta ſeu *Mekubbal* numeratur 30. Rab- *Iuch.20. b.*
ban Iochanan, Ioſue 31. R. Akiba 32. R. Meir
33. Rabbenu Hakkados 34? At alibi, nonne 21.
Cabbaliſta 30. Rabban Simeon Hillelis ſeni- 159.
oris f. 31. R. Gamaliel ſenior, 32. R. Simeon
huius f. 33. R. Gamaliel iunior, 34. R. Syme-
on huius f. 35. Rabbenu Hakkados? Cum
inter ſe ergo haud ſatis, hac in re, conſonent
Rabbini, quid mirum, ſi ab iis eadem in re
diſſonent, quorum indiculus à D. Hierony-
mo poſitus; *Nazaræi*? Vnum illud hic addam
ſolummodo; nimium pertinaciter à Druſio
negari, plures Akibas fuiſſe. Nam cũ id cla-
rè ſolideq́; tam in Trihæreſio, quàm Miner- *Tr.l.2.c.12. Min.l.4.c.4.*
uali probarim; ſuum tamen coruus malus
iterat coccyſmum: & *Hiſtorici*, ait, *Iudæi vnius
tantùm Aquibæ meminerunt.* At meminerunt
noſtri, & quidem viri, quibus, abſq; ratione
refragari nefas; homines verè ſummi, fideq́;
digniſſimi D. Epiphanius, D. Hieron. quorũ
ibi ego vſus teſtimoniis. Sed quid ſi Rabbi-
nos, qui hoc etiã teſtificẽtur, attulero? ipſum
illũ, qui in Druſii pænè linguâ ſeſſitat; Iucha-
ſinum? Rambam igitur in præfatione pri-
mi Sederis Thalmudici ſcribit, *R. Duſam
tempore Simeonis iuſti*, ſeu Alexandri Magni
fuiſſe, vitamq́; ad annum LXII. *cum viueret
R. Akiba*; protuliſſe. Annon iſtud clariſſimũ?
An iſte Akiba non eſt ab illo diuerſiſſimus,

qui

Miner.p.158. qui *primo* CHRISTI Domini *anno* natus,
Se.Elen.c.12. & Imperatoris Adriani *quarto*, aut *quinto* in-
p.93 94. teremptus ? Et hoc recitat Iuchaſinus folio
p.159. 159. qui & poſteriorem Akibam, vt ſæpiſſi-
159.b. mè antea; ſequente memorat pagellâ. Quia
verò quemadmodum Rabbinos, ſic & No-
uatores ſuos mirificè colit, obſeruatq; Dru-
ſius; ei hominis, veteri quidem religioni lon-
ge inimiciſſimi, ex ea ipſa tamen, in qua ſe
tam benigne habitum refert illa toties; An-
glia progeniti; velut ſuperpondium; do teſti-
monium. Is eſt *Thomas Lydyat*, qui Tractatu
c.16.p.198. *de varijs anni formis*, ait: *Scaliger videtur arri-
puiſſe erroris occaſionem à R. Haie Hiſpano Aſtro-
nomo, qui libro de ſphæra mundi c.11. ſcribit an-
num Iudæorum auctore R. Adda filio Achebah,
non planè eundem eſſe cum anno Hipparchi, vti
Scaliger intelligit, ſed perparum ab eo differre.* Et
p.159. poſtea. *Apparet itaque Rabbinum Acibam vel
Addam, quorum vterq; claruerit paulò ante tem-
pora Macchabæorum, anni Iudæorum formam an-
tiquam & naturalem in Calippicam demutaſſe.*
His ergo tam claris, tamque locupletibus, ex
l.2.Min.c.10. eo hominum genere quod adamat Druſius,
petitis teſtimoniis, tam alias inconſtans &
mobilis; non peruincetur peruicax Druſii
animus ? non ad aliquam veterum, quos
adeo repudiauit & contempſit; Patrum re-
uerentiam inflectetur ? Omnium ſanè inter
ſe collata, duobus vnum potius addi, quàm
demi Akibam, conſuadent verba. certumq;
vide-

videtur, apud S. Epiphanium lib. 1. hæreſ. 15. p. 20.
βαρρηκιβᾶν ſcribi pro ῥ. ἀκιβᾶν. cum diſertè p. 101.
poſtea hæreſi 33. ſcribitur ῥαββὶ Ἀκιβά. Sed
duo adhuc obiicit Druſ. 1. *Thalmud, quaſi cor-* Reſ. l. 2. c. 8. p. 64.
pus eſt traditionū. In eo quoq; nulla mētio alterius
Aquilæ. in S. Epiph. eſt. Nam in Thalmude omnia? Num in eius ſilentio, q̃ Sancti alicuius Patris aſſeueratione auctoritatis plus? Et vnde Akibam alterum accepit citatus paulò ante R. Abraham Maimonis filius, alias Æ- ib.
gyptius? 2. *Nemo ante deportationem vocabatur* ſup. l. 1. c. 22.
Rabbi. Reſponſum ante. tantumq; moneo, & inf. ſcr. 9.
quæ vnius Akibæ ſunt, alteri deinceps non aſcribenda.

SCRVPVLVM VI.

De Hillele.

D. Hieronymi hæc in Iſaiam verba ſunt: cap. 8.
Sammai & Hillel non multo, prius quàm Dominus naſceretur, orti ſunt in Iudæa. Druſius
verò: *Non*, inquit, *excuſari poteſt* (in S. Hiero- Reſ. l. 1. c. 7.
nymo) *quòd ait, Hillelem natum in Iudæa, cum natus ſit in Babylonia. Vnde Hillel Babylonius ap-*
pellatur. Clemente patre natum ſe ait Druſi- R. 109.
us: at niſi ille ſolo tantùm nomine, non re *clemens* fuit; degener omnino Druſius filius eſt. qui in S. Patres adeo inclemens. Nam illa eius ingens & mendax alibi efflata hyperbole, in eum ipſum hic veriſſima: *Poſt natam calumniam, non fuit vnquam maior calumnia.*
Nam vbi *natum in Iudæa Hillelem* ait S. Hie- Sc. ſcr. 1.
rony-

Digitized by Google

ronymus? Quo vſquam verbulo *in Babylonia natum* negat? Si dixerit quis, *Non multo prius, quàm imperium iniret Carolus V. orti ſunt VVittenbergæ, qui Catholicam fidem euerteret, Lutherus & Carolſtadius*, num vel ſector & quadruplator vllus tam improbus & nequam, vel Grammaticus adeò illiteratus & bardus, qui *ſuis è matribus* Wittenbergæ Lutherum & Carolſtadiũ *natos* interpretetur? Duas quaſi ſectas & familias in Iudæa condiderunt Hillel & Samai; eamq; ob cauſã illic à D. Hieronymo dicuntur *orti*, quemadmodum, verbis paulò ante iſta hæc pręgreſſis, ex iiſdem Hillele ac Samai *ortos* dixerat *Phariſæos*: quemadmodum & veteris diſciplinæ perturbatores vel Vittenbergæ in Germania, vel Geneuæ in Gallia *ortos* dicimus, cum tamen infeliciſſimos iſtos abortus Lutherum, Carolſtadiũ, Caluinum, Farellum, aliaq; plura generis eiuſdem monſtra, ſuæ aut Islebii, aut aliis in locis ter miſeræ ac infelices effuderint matres. Quamquam, ſi ſummo iure cum Druſio vellet quis agere, ipſumque, vt Hillelem vel *Babylone* vel *in Babylonia natum* probaret adigere, ipſi ſat ſcio egregiè ſudandũ, Siſyphiq; ſaxum aliquandiu voluendum eſſet. Neque enim hoc illâ, vt retur ipſe, perexili cõiecturâ ſatis probatur, quòd in Thalmude *Babylonius* appelletur, aut quòd *è Babylonia* venerit. Nam ecce tibi ſummus ille in Rabbinis ac laudatiſſimus *Rambam* vocari ſæpè ſolet

Tr. Paſ. h. Iuch. 163. b.

Ægyptius,

Ægyptius, an eapropter in Ægypto natus, & non Cordubæ in Hiſpania? Seipſum audiat Druſius: *Patria*, inquit, *erat Cordubenſis. Ægyptius autẽ dicitur, quia in Ægypto habitauit. Abrahaın Zacuth Salmanticẽſis. Erat in Ægypto Magiſter noſter, Moſes Cordubenſis, & R. Ioſeph diſcipulus eius.* Et alibi. *In Ægypto exortũ eſt lumen illud magnũ, Rabbenu Moſes f. Maimon, felicis memoriæ, Iudex* &c. *De hoc dictitant, à Moſe vſq; ad Moſen, non fuit talis, qualis Moſes iſte.* Accedit, quòd aſſerant Iudæi, *Dauidis poſteros* eſſe *duplices.* alios qui ab eis qui *per maſculos* ac patres proſati ſint, alios *per fœminas* ac matres. & illos quidem *in Babylonia* floruiſſe, ſolosq; fuiſſe *captiuitatis Principes*, ſeu *Æchmalotarchas*, & *Rabbana*: hos verò *in Iudæa, Principes* tantummodo vocatos & *Rabban*: iſtiusq; poſterioris generis Hillelem eſſe qui pauperiẽ, qua premebatur maxima, cũ ei ne proprius quidẽ ei opem ferre vellet frater *Sebna*, fugiens huc & illuc pergebat, annoq; ætatis 40. è Babylonia veniens, legis ſeſe ſtudio dedidit. Quæ illum ad finem attuli omnia, vt alia Druſio conquirenda monſtrarem argumenta, ſi *Babyloniũ Hillelis ortum* conſtabilire velit firmiùs. non vt approbarem, quæ de ſuis vel Æchmalotarchis, vel Principibus Dauidicis narrant Iudæi. Mihi enim ſuſpecta, pluribus de cauſis, quas alibi forte aperiã; hæc omnia. licet, quia noua contraque S. Patres, & penè contra ipſam de Iudaico ſceptro, donec veniret, qui mittendus erat CHRISTVS,

Tetr. p. 93.
Iuch. 163.
Ortus in Ægypto Rambã.
Iuch. 17. b. 12. 67. b. 163. b.
19. 24. b. 55. b.
Gen. 49.

Digitized by Google

Anim. Euſ. p.117.& ſequ. non tollendo, prophetiam ſunt, ea libenter credat, & aſſeueret, amplificetq; Scaliger.

SCRVPVLVM VII.

De Gamalielibus, & Simeonibus Rabbanim.

IN ſuperioris libri cap. 7. breue fuit Thanæorum diagrammatium. in quo *poſt Hillelem* enumerati Rabbanim *Gamalielis duo*, Rabbanim verò *Simeones tres*. quibus vtriſq; adiici adhuc poſſet vnus. Habuit enim *R. Iuda Naſi*, qui & *Hakkados* illic etiam recenſitus, *Cabb.60.b.* filios, cùm alios, de quib. inter Iudæos ipſos diſſidiũ; tum certò duos iſtos, Rabbi *Simeonem*, & Rabban *Gamalielem*. illum quidem natu maiorem, ſed hunc, Patris voluntate, illi prælatum. cuius inſignes admodum gnomæ aliquot in c.2. *Pirke auoth.* ex quibus vna, *Iuch. 21.42. 64. Cab.60.b. l.de S. Paulo n.21.* quam alio citaui loco, prçcipit, *cum diuina legis ſtudio & pertractatione copulandum artificiũ*, manuumue laborem aliquem. In reliquis, pulchra & vtilia hæc:

Qui multiplicat	*carnem*	*is multiplicat*	*vermem.*
	diuitias		*curas.*
	vxores		*veneficas.*
	ancillas		*dolum.*
	ſeruos		*rapinam.*
	legem		*vitam.*
	ſcholam		*ſapientiam.*
	cõſilium		*prudentiam.*
	iuſtitiam		*pacem.*

Ex

Ex his, quæ neq; in Trihæreſio, neque in
ineruali, ne per ſomnium quidem negaui;
lam ſit 1. quam verè à Druſio ſcriptum: *Sic*
cũ diſputat Serarius, ac ſi tantùm eſſet Simeon, Reſ. l. 2. c. 8.
us Gamaliel in rerum natura. 2. quàm cauen-
m, ne hi *Simeones* vel cum iuſto illo, quem
ænæorum, vt vidimus, *principem* faciunt Iu- l. 1. c. 7.
i, vel vt à Galatino & aliis quos olim lege- lib. 1. c. 2.
n; factum; cum noſtro illo Euangelico, cu- l. de S. Paul. n. 10.
ſeniles ſacratiſſimo infantis CHRISTI Luc. 2.
omini amplexu felicitatæ vlnæ, conſun-
ntur. 3. neque ſimiliter putandum, *Gama-*
em illum qui S. Pauli præceptor, aliorum- Act. 22. & 5.
e Apoſtolorum patronus in Actis legitur; hæreſ. 30.
Te Simeonum iſtorum alicuius filium, vt
dem loco aſſeruit idem Galatinus. 4. ve-
n eſſe tamen poſſe, quod ſanctus ſcripſit
iphanius; *Gamalieles iſtos*, qui Iudæorum
riarchæ ſeu Rabbanim fuerunt, *videri ab*
ſtolico illo Gamaliele ſtirpem ducere. ἔξεϛι, p. 60.
διανοηθῆναι, ὡς καὶ ἄλλοι οὕτως ὑπέθεντο, τοῦτον
αμαλιὴλ τὸν πατριάρχην) εἶναι γένος ἐκείνου τοῦ
ότου Γαμαλιὴλ, τοῦ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος, τοῦ καὶ θεοῦ
ν συμβουλεύσαντος, ἀποσχέσθαι τοῦ κατὰ τῶν Ἀποστό-
ἐπιβουλῆς. id eſt: *Ratiocinari licet, velut etiã*
prodiderunt, hunc eſſe generis illius primi Ga-
ielis, qui temporibus Saluatoris vixit: & ſe-
lum Deum, conſilium dedit, vt abſtinerent ab
lijs contra Apoſtolos ſtruendis. Extant verò
eonum iſtorum in *Pirke auoth* ſenten-
de quibus aliquam mihi litem intendit

Druſius. Sed ſequenti ea diſceptatio capiti ſit.

SCRVPVLVM VIII.

De vltimæ in primo Pirke auoth capite gnomes auctore.

GNome in *Pirke auoth* capite primo vltima hæc in verba concepta eſt: ***Rabban Simeon f. Gamalielis dixit: Super tribus rebus conſiſtit mundus: ſuper iudicio, ſuper veritate, & ſuper pace.*** Quam ſanè gnomen tanti faciunt Iudæi, vt ab ea ſuam de ſuis nouis tribunalibus ordiri nuperam, de qua iam dixi ſæpiùs, ſanctionem Francofurtenſis voluerit ſynagoga. Huic autem alia & penultima præit gnome in hæc verba: *Simeon filius eius* (cuius? Poſtea dicetur) ***dicit: Omnibus diebus meis educatus fui inter ſapientes, & non inueni vtilius quippiam corpori, taciturnitate.*** De duobus autem rixatur Druſius. 1. quòd cum poſtremæ antecedentiſq; ſentētiæ auctor Simeon ſit, ego *eundem* putarim *Simeonem*, non *duos*: meamque *magnam* faſſus ſim futuram fuiſſe vel *imperitiam* vel *incogitantiam, ſi ex duobus vnum feciſſem.* 2. quòd Gamalielis filium vocarim *Gamalieliten.* Prioris illius & verba & firmamenta rixæ ſunt hæc: ***Contra ſe ſententiā dicit carnifex. Id probo tribus rationibus. Ratio 1. quia diuerſos patres habuerunt: altera, quia ſi vnus & idem***

Scal. El. p. 105. commendat.

l. 2. c. 8. p. 66. 67.

idē fuiſſet, dixiſſent, vt ſolent, Ipſe dicit, aut dixit. Tertia. quia prior vocatur ſimpliciter Simeon, poſterior Rabban Simeon. Vnde ÿdem eſſe non poſſunt. Ego verò, etſi, dum ad modeſtiam, maioremq́; animi placabilitatē, Druſium, eiq́; conteſſeratum Scaligerum aliâs cohortatus ſum, littus araui, Æthiopasq́; laui; modeſtè tamē, &, ſi patiuntur, amicè iterum moneo, ne tam facile, tam ſeruiles, tamq́; lenonias, tanta cum Lectorum minimè agreſtium aut barbarorum nauſeâ, contumelias vomant. Nam ecquid iſtud, obſecro, in litteraria quidem & erudita, ſed minimâ tamen incertaq́; ac dubiâ re, illum, qui abs te aliquantulum diſſentiat, *carnificem* vocare? Nimia nimia, in rei non magnæ liticulâ, bilis hæc. Nam eſto, probabile ſit, duos duarū illarū ſententiarū eſſe Simeones auctores, cū tamē neq; in textu id aſſeratur, neq; vllo, quod non facillimè ſoluatur, argumentulo probetur, num, qui nō ſtatim aſſentiatur, ſed vnū eundemq́; Simeonem putet; tāto ſtatim, tamq́; diro figēdus ac lacerandus conuicio? An ꝙ in re Rabbinica Rabbinis licet, vt inter ſe diſputēt, & hoc quidē vnus, illud verò arbitretur alius; nobis non licet? Audi ergo, Druſi, (quandoquidē ſtomachū iam purgaſti) mihi etiamnū videtur probabilius, vnū eundemq́; Rabban Simeonē eſſe, à quo & vltima & penultima illa ꝓnūciata ſit ſentētia. Nā 1. vltimę ſententiæ auctor diſertè appellatur *filius Gamalielis*: *l. 2. Min. c. 4.*

 (penul-

penultimæ autem, *filius eius*. Cuius verò? Demonſtratiuum illud pronomen, *eius*, aliquē demonſtrat. Et quiſnam ille eſt? Clarè id videbimus: ſi quis ante penultimam eandem auctor nominetur, inſpiciamus. At *Gamaliel* eſt. Sic enim ibi legitur: *Rabban Gamaliel dixit: Fac tibi Magiſtrum:* & ex templo ſubditur: *Simeon beno*, i.e. *filius eius, dixit: Omnib. diel us* &c. vt ſupr. Qui vel minimum ſyntaxeos deguſtarunt pueruli, nō aliter ſanè iudicent. At
p. 67. Druſius, *Pronomen*, inquit, *q́ in, filius eius, referunt ad Hillelem, vt me docuerunt, qui cōmentati ſunt in hunc librum. Nam diſertè illi: Simeon filius eius, videlicet, Hillelis.* At niſi te Rabbinorum, cum libet, nimius excæcaret amor, vel potius ei, qui tecum diſputat, contradicendi ſtudium ac procacitas, non illorum hic dictata, *Sibyllæ* duceres *folia*, non, quomodò aiunt, *claudus pilam* retineres. Nam quomodo illud, *eius*, ad Hillelem qui Grammaticis, vt ita dicam, paraſangis diſtat aliquot, referri poteſt? Nam ante Simeonem iſtum, cuius demonſtratum quærimus relatum; eſt ſuâ cum gnome, *Gamaliel*: ante Gamalielem, *Schamai* ſua cum quadrimembri gnome: ante Schamai, ipſe tandem cum ſua itidem triplicis concluſionis gnome *Hillel*. Quo igitur ſaltu, in oratione planâ: nullis incluſâ parentheſibus: ſuis verò periodis ſententiiſq; concluſâ, illud, *eius*, ad Hillelem tam procul diſſitum applicetur? In oratione multo breuiore,

niore, adeoque in periodo vnâ, ſi diuerſos quatuor nominarem. verbi cauſa, Titium, Sempronium, Clementem, & *filium eius Io. Druſium.* an te per illud, *eius*, non Clementis patris tui, ſed Sempronii, vel Titii potius filium dicerem? Si diceres tu; *Iulius hoc ait, Nicolaus illud, iſtud Benedictus, huius verò f. Ioſ. Scaliger aliud;* nonne aurem tibi tuus hic Pythius velleret, ac diceret: Mi Druſi; vide Iſagogicorum meorum extremum. Non ſum ego Benedicti filius, ſed, vt ibi leges; *Iulij Cæſaris, cognomento Tonſi à Burden filius, Benedicti nepos, Nicolai pronepos, Guilelmi cognomento Groſſi abnepos, Canis cognomento Facini adnepos.* p. 341. Perſpicuum igitur, illud, *eius*, non Hillelem, ſed, qui proximè antegreſſus erat; Gamalielem demonſtrare; cæcumque à cæcis duci, quando ſuos hic Rabbinos aliquot, quàm rationem, veramque Grammaticen ſequi vult Druſius. 2. Non ſic ipſe, qui Druſio alias tam creber, bonuſque auctor, Zacuthus, dum ex ipſa verborum trutinâ, *non Hillelis,* f. 45. & 60. ſed *Gamalielis filium* Simeonem iſtum pronunciat. 3. Quin verò ipſi illi, quibus tam vacuas, tam libens aures dat Druſius, Rabbini, ſic Simeonem Hillelis filium dicunt, vt tamen aliis aliter videri Rabbinis agnoſcant; dum aiunt, *Ieſch omerim.* id eſt, ipſomet Interprete Druſio: *Sunt qui dicant.* eodemque f. 69. ſpectat, quod in Zacutho eſt verbum, *Videtur.* l. c. Meminiſſe autem ſui illius, quod alibi

l. 3. de ſec. c. 5. fixit; decreti oportet Druſium: *in re liquida, non vtimur verbo VIDETVR.* 4. Sed ſi quibus duę vltimę capitis primi *Pirke auoth* tribuendæ gnomę, diſtincti duo Simeones ſunt, quinam ii? Diſſona ipſorum inter ſe Rabbinorũ vox ac reſponſio eſt. *Pirkai peruſchim* Simeonem priorem aiunt Hillelis filiũ, eundemq; poſteriorem. *Alij* verò, ad quos ſeſe applicat *f. 66.* Zacuth. priorẽ Simeonem ſenioris Gamalielis, qui Hillelis nepos, filium dictitant: poſteriorem verò Gamalielis ſecundi, qui Hillelis *lib. 1 c. 7.* pronepos; filium. ita vt tres diuerſi, qui poſt Hillelẽ alias enumerati; ab hiſce diſſentientibus Rabbinis nominentur gnomarum iſtarum auctores. Quos qui aſpicit, næ multo impeditum minus, ipſiq; multo conſonantius textui perſpicit, vnum ſolummodo arbitrari & ſtatuere Simeonem auctorem. 5. ne tres quidem illæ, quas adhibuit Druſius, ab hac quemquam meritò eiecerint ſententiâ, furcillæ. *Prima* enim quam ridicula? Sumit enim idipſum, quod probandũ. *Diuerſos habent patres.* Nego. imò, vnius eiuſdemque Simeonis vnus idemq; Gamaliel pater. *Altera* vnam videtur Grammaticis puerulis loquẽdi phraſin pręſcribere. Licet verò vnum eundemq; variis indicare formulis: neque ab ea etiam varietate ipſi omnino abhorrent Rabbini. Et quia in *Pirke auoth* capitis primi fine, noſtra hæc omnis diſſertiuncula eſt, hinc te, ſi placet, ad ſecundum tractatus eiuſdem caput confer. In principio primas tenent *Ribbi*

ſententiæ:ſed nonne ad ſequentē vſq; Hillelē,aliter & aliter inchoantur? Quid ſequētes poſtea R. *Gamalielis*, qui *Hakkadoſchi* filius; Quid *R. Iochanan Zachai* gnomæ? *Tertia* verò & vltima ratio quid ſignificat aliud, quā *Simeonē* eundē modo *ſimpliciter* ſuo ipſius nomine, modo *cum Rabbanici tituli adiunctione* vocitatū? Id in multis & à multis non rarò fit. *Hillel* ille, qui ab Zacutho & *Princeps*, & *Principis filius* ſcribitur, Cōputumq; ſcripſit Iudaicū, nonne ab Scaligero ſæpiſſimè *Hillel* tantum, ſæpiſſimè verò *Rabbi Hillel* appellatur? Magnus verò ille *Hillel ſenior*, cur & ipſe ſimplici ſuo nomine, cum *Rabbān* tamen & *Princeps* fuerit; nominatur? cur ante ipſum, cum ipſo, & poſt ipſum, alii? Sunt, ſcio, multæ his de reb. apud Rabbinos diſputationū tricæ, variaq; variorū cōmenta: omniū tamē nihil eſt, quòd eā, quā fingere videtur Druſius, neceſſariò imponat legē: *Qui Rabbi eſt, ſine titulo non eſt nominandus.* Multa loquendi Magiſter hominū arbitrio cōcedit vſus. 6. Si quid tamen in eo latet myſterii, quòd in penultima ſententia pręcisè *Simeon*, in vltima honorificè *Rabban Simeon* dicatur, non autem è Tractat⁹ huius ſcriptorū arbitrio id totū ſit; Druſiū rogo, ne ipſe illud nos celet, neq; occlamet: *Procul hinc, procul eſte prophani*: ſed è reconditis Rabbinorum arcanis tantum pandere iam dignetur myſterium. Annuit: & Rabbinico totus ſpiritu plenus his fatur

f. 90.

ſup. l. 1. c. 7.

l. 3. Iſag. p. 210. 215. 216.

Digitized by Google

R.l.2.c.8. vocibus: *Quia, quum illam ſententiam* (penultimam) *proferret* (Simeon) *gradum non acceperat, nondum promotus erat ad Rabbanatum.* Sed vnde id conſtat? Quid, quo fidem tibi concilies; oſtẽdis? Nihil omnino. vaticinaris ſcilicet. Quin verò veri prorſus videtur ſimile, cum penultimam illam diceret ſententiá, natu iam fuiſſe maiorem. Non enim iuuenum, ſed ſenum eſt, rei cuipiam firmandæ, ab annis, experientiaque ſuâ egregium ducere argumentum. Qui ſæpius hoc aut illud ſe lib. de ſen. apud Tullium refert vidiſſe Cato, nonne quartum & octogeſimum agebat annum? Qui dicebat,

Vidi iam iuuenem, premeret cum ſerior ætas,
Mœrentem ſtultos præteriſſe dies:

nonne aut ſenex erat, aut ſenis certè perſo- lib. Quòd o. p. l. nam induebat? *Ipſe*, ait Philo, *vidi ancillas formoſas, & naturali facundia præditas, duplici gratia fretas, ſermonum & pulchritudinis, plurimũ pollere in expugnandis dominis.* Sed perſpicuè Pſ. 36. Dauid noſter; *Iunior fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius quærens panem.* Sic ergo & Simeon in ſententia ſua: *Omnibus diebus meis adoleui, grandisq; factus ſum inter ſapientes, & corpori taciturnitate melius nihil inueni.* Maneat ergo vanum hoc & commentitium eſſe myſterium: neque illum, qui ab vno ac eodem Simeone has prolatas opinatur ſententias, excarnificandum.

De altera verò ſcrupuli huius parte; *Gamaliel,*

liel, inquit Druſius, *eſt nomen viri, Gamalielites nomen familia. Sic Iſraelita non eſt ab Iſrael, ſed à nomine Gentili Iſraeli.* At nō nego ego Gamalieliten ac Iſraeliten eſſe nomen familiæ; ſed illud volo, *in familia etiam contineri filios*, non autem nepotes tantū, & poſteros. Deinde, q̄ apud Latinos & Græcos patronymica in *des* vſitantur, ea ex Hebræis in *tes*, abſq; vllo Grāmatices peccato, efferuntur. Qui paſſim *Iſraelitæ*, ij ab Scaligero iam *Iſraelida* appellantur. *Iſa.l.3.p.218. 219.* At ipſius Iſraelis filij Ruben, Iudas, alij, recte iſto *Iſraelidarum* nomine afficiuntur. Quidni ergo & ijdem *Iſraelitæ*? *Gamalielides* rectè Gamalielis filius, eodem præcipiente Grammatico dicitur. *El.105.* Quidni ergo cum illud, Hebrēū nomē ſit; & *Gamalielites* dicatur? Quæ in Hebræis vetat analogia? Defendit cōtra Nouatores alios Druſius, licere ſibi noua, *Elohiſtarum* & *Iehouiſtarum* fingere vocabula, quib. ij denotentur Nouatores, qui vel tres Deos inducūt, vel nominis huius *Iehoua* lectioni patrocinantur. *R.l.1.c.2.* Et quos Iſraelis filios, *Iſraelitas*, vt *Maimonidem*, *Gamalieliden*, *Iehieliden*, diuini dicunt Grammatici, non ſit alijs fas *Iſraelitas* nuncupare? Quamquam nec inter illos in *ites* nominibus ſatis conuenit, cum à *familiis* ea Druſius, *ab vrbibus* verò *& patria* duci dicat Scaliger.

Zach. Vrſ. In.Tr. fere omnes Nou. Iſag l. 3. 214. ſeq. Dr. Ad. Hel. p.92. locis cit.

SCRVPVLVM IX.

De Doſithei & Hananis hæreticorum ambitione.

M.l.4.c.13. *Reſ.l.2,c.10.*

SCripſeram: *Apud Iudæos Doſitheus & Anan, cum Rabbini, & Geones ſeu Doctores fieri non poſſent, turbas ac hæreſes excitarunt.* Druſius verò, *Doſitheus*, inquit, *is, à quo Doſitheani appellati, nunquam ambiijt Gaonatum. Vixit enim ſub principatu Sennacheribi: & nō defecit ad Samaritas, ſed miſſus fuit ad eos.* Illiberale criminandi ſtudium ſe in Druſio confertim ꝓdit. Nam videſis. 1. *Rabbinos* & *Geones* dixerā, generaleq; *doctorum* nomen ἐξηγητικῶς appoſueram. vt quia Geones Rabbinis fuere, vt libro ſuperiore mōſtratum, poſteriores, prius illud *Rabbinorum* vocabulum ei, qui prius nominabatur; *Doſitheo*, poſterius ei, qni poſterius; *Hanani* congrueret, & quia de vtriſq; nominis, maximè autem prioris, ortu ac inditu, aliqua eſſe poterat quæſtio, expoſueram generatim, eos eſſe quidem voluiſſe, ſed nō potuiſſe *Doctores.* At Druſius tam *Rabbinatus* q̃ *doctoratus* vocem detrahit, ſolamq; q̃ arrodat *Gaonatus* retinet. Hoccine ingenui, veritatēque amantis diſputatoris? Si diceret quis, *voluere Druſius & Scaliger magnas in Friſia opes colligere, Hillaaq; Dominæ ſponſi fieri, neq; tamen potuere*; an te Druſi, & non Scaligerum potius has procatum fruſtrà nuptias diceret? 2. Et de ambitione quidem Hananis, teſtem dedi Kabbalam cui & aſſentitur Zacuthus, dicens tam *ipſum*, quàm eius filium *Saulem* fuiſſe *Sarim* ſeu *Principes è ſemine domus Dauid.* De Doſitheo autem clariſſimè S. Epiphanius,

Min.l.4.c.13. & ſup.l.2 c.10. Iuch.118.h.

is,&ego ex eo; *Cum in legis doctrina & in ijs,* *hær.13.*
uæ apud Iudæos ſunt, deuteroſibus proceſſiſſet, ve- *Trih.l.2.c.19.*
atus apud illos eſt τὰ πρωτεῖα. Et quæ πρωτεῖα
æc, niſi ſummum ſummi in legis doctrina
roceſſus pręmium? Et quod hoc, niſi Rab-
inatus, Archirabbinatus, & doctoratus? Et
uamuis, quod tamen non vſquequaq; cer-
im dixi antea; non fuiſſet Doſithei huius *l.1.c.23.*
mpore, ampliſſimus ille honos illis appel-
tus nominibus, ijs tamen, cum poſterius
l eam rem ſignificandam vſurpata ſint; vti
iid intereſt? cum, vt ibidem aiebam, ipſe
culis multis Doſitheo antiquior, Moyſes
iſquam non à Iudæis *Rabbenu* appellitetur.
ultæ in mundo toto res, quæ vocabulis
ulto poſterius inuentis ſignificantur: ſiue
iora & priſca edaci conſumpta tempore
n exoleuerint, ſiue non. 3. Vixiſſe verò ſub
nnacherib Doſitheum liceat equidem ne-
re cum, præter *Ilmedenu*, referat antiquio-
n nemo: & *filius Ianai*, Rabbiq; *Meiris*, qui *Pirke, c.9.*
annis poſtea fuit, *diſcipulus* dicatur. Si re- *inf.ſe.11.*
ondeas, duos eſſe iſtos diuerſos Doſithe-
diuerſoſq; Meires, quæram, quomodo v-
q; Doſitheus tam aptè *Ianai filius?* quomo-
ante Hyrcaniden *Ianai?* quomodo veteris *f.96.*
nuſq̃ mentio? cũ alios tã multos enume-
Zacuth⁹. quomodo nõ ſimiliter liceat cõ-
lere vnũ, Sennacheribi tẽpore, Doſitheũ,
Iterũ hoc ipſo poſteriorẽ? 4. Et ille q̃dem
edenu liber duos tantũ q̃ à Sẽnac. in Sama-
rita-

ritanum ſolum miſſi ſint, recenſet, *Doſitheum*
har.8. & *Sebiiam.* At neutrum iſtorum Diuus Epi-
phanius, ſed *Eſdram* quendam Sacerdotem.
5. Idem *Ilmedem* liber ſuum illum Senna-
cheribicum Doſitheum *Rabbi* vocat, ſicuti
& ipſius ſocium Sebiiam. *ſtatim,* ait, *miſerunt*
Sc.5. *R. Doſthai, & R. Sebiia, qui docuerunt eos in ſcri-*
ptura legis. Si antea R. Akibam vetuſtiorem
pupugiſſet Druſianus *à Rabbi* titulo exer-
tus pugio, certè hunc multo magis Senna-
cheribicum Doſitheum transfoderet. vt ta-
ceam, eum, qui *Rabbi* tum fuiſſe dicitur, po-
tuiſſe *Rabbinatum,* quo de agimus, ambiiſſe.
6. Si Doſitheus iſte Druſianus, ab eo, quem
cum Sancto Epiphanio ſtatui; *diuerſus* eſt;
male quæ de vno dixi, transfert ad alterum
Druſius: Si *idem,* bene cum eodem Sancto E-
piphanio, Rabbinatus appetẽtiorem fuiſſe,
dici poteſt. An verò vnus & idem ſit, fluctu-
Reſp.l.5.ca.4. atur Druſius: cum in Reſponſione ſua *diuer-*
ſum, in libro de ſectis tertio *eundem* malit. 7.
Par in eo, quod contra S. Epiphanium ſubdit
Druſius; *Doſitheum ad Samaritas non defeciſſe,*
App.de ſ.p. 172. *ſed miſſum eſſe*; vel malitia vel vanitas eſt. Nam
vt iamiam ratiocinabor, Vel idem Doſithe-
us eſt, vel diuerſus. Si *idem,* male S Epiphani-
um mendacij aut falſitatis accuſat, cum ne v-
nico accuſationem ſuam argumento iuſtam
oſtendat. Si *diuerſus*; male, quæ de vno à S. E-
piphanio dicta, conferuntur in alterum. In i-
her.13. pſius verò ſancti verbis nihil aut obſcurum,
aut

Digitized by Google

aut ambiguum: οὗτος Δοσίθεος συνεμίγη ἀπὸ Ἰουδαίων, ὁρμώμενος εἰς τὰ τῶν Σαμαρειτῶν ἔθνη, aut fortaſſis, ἔθη. Quid verò συμμίγνυσθαι? Quid ὁρμᾶσθαι? Quin & potuiſſet Doſitheus, primò quidem ad Samaritas miſſus fuiſſe, deinde, cum ſe quod concupierat, apud Iudæos aſſequi non poſſe videret, ad eos defeciſſe. Meminerit Druſius eius, in quo lætitia exſultant Nouatores, *Vergerij*. Noæ, arcæque ſuæ oblitus coruus, cadaueribus inſidere, quam redire maluit: etſi de coruo iſto, ille cum Nouatoribus, forte aliter. *Sleidan.* *Gen. 8.*

SCRVPVLVM X.

An Doſithei aſſecla Sadocus?

D*Oſithei aſſeclam* Sadocum vocaui ſed *aſſecla*, inquit Druſius, *eſt* ἀκόλουθος, *qui aliquem aſſectatur. Quomodo aſſectari potuit Doſitheum, qui eo tempore non vixit? Nam Doſitheus Sennacheribo coæuus fuit: Sadok autem diu poſt, hæreſin ſuam condidit; fuit enim certè diſcipulus Antigoni Sochæi, qui Simeoni iuſto ſucceſſit.* Magnus veterum omnium triconum atq; nugatorũ aſſecla videtur Druſius, Non enim præſentes modo, ſed & abſentes, qui plurib. ante nos annis, imò & ſæculis fuerunt, ſequi & aſſequi, ſectari & aſſectari licet. Quin & *menſuram*, non hominum modo *aſſeclæ* quidam vocantur. rurſumq; nonnulli *ſapientiæ* ac *eloquentiæ aſſectatores*. Optant ſanè pii omnes *R. App. 98.* *apud Cic. in Sal.* *apud Plin.*

CHRI-

CHRISTI Dn. & Apoſtolorum tam aſſeclę q̄ ἀκόλουθοι eſſe. *Diſcipuli,* ait ipſe tandem Druſius, *vocantur, & qui aliquem docentem audiunt, & qui ſectam ipſius ſequuntur,* & hi non etiam aſſeclæ? Reſp. 114.

SCRVPVLVM XI.

In iiſdem, Doſitheo & Hanane. indigna viro bono Druſii fraus: indignuſq; diuino Grammatico ſolœciſmus.

Reſ. 2. c. 10. MAle, inquit Druſius, *legitur in Tribæreſio pag. 161. Anan Doſithei. quaſi aut filius fuerit, aut diſcipulus Doſithei. Vtrumq; falſum.* O ſycophantiam! ô fraudem non viro tantùm bono, verùm & homine indignam quolibet! Meam citauit paginam Druſius: ſed plane in caput ſuum. Quiſquis enim illam inſpexerit, videbit vocem, è qua ſenſus aptus nexuſque totus, fraudulentiſſimè ab illo ablatam, Syntaximque totam immutatam. Nam ita ibi ſcriptum & editum: *Anan Doſithei, de quo ſuprà; inſtar* Quid iſtud, quæſo, *inſtar?* Cur abs te id auulſum? Cur, vt noua conſtructio, nouaque ſententia gignatur, pro eo, *filium aut diſcipulum* ſupponis? O Grammatice, Grammatice, nimis apertè, nimiſq; ſæpè artes veſtras prodis. Dixit Poeta.

Æn. 2. *Inſtar montis, equum diuinâ Palladis arte Ædificant.* Abſeca illud *inſtar*, & audaciâ, impudentiaque mactus dic, à Virgilio ſcriptum; Troianum equum *montis eſſe aut*

diſci-

Digitized by Google

diſcipulum aut filium. maximè quia *ædificandi* verbo hic ille vſus eſt. cum Hebræus idiotiſſimus *familias ædificet*, imò & *ab ædificando*, filios *banim* appellet. Dixit Tullius, *Fugeranam non vici, ſed vrbis inſtar eſſe.* Perfrica frontem, Druſi, & *inſtar* illud detrahe: Stentoreeque clama, Fugeranam à Tullio cenſeri *vrbis aut diſcipulam aut filiam.* Cum de calumniatoribus deinceps inter homines ſermo fuerit, forſan erit, vt illud de te Virgilianum canatur: *Quantum inſtar in illo eſt?* In re aliqua obſcura errare aliquid: in aperta, ob feſtinationem vel ignorantiam aliquid etiam interdum offendere, veniabile eſt: ſed in apertiſſima & breuiſſima, in quam diu multumq; incumbas totus; quam amicis tuis conſuadentibus, rogantibus, & vrgentibus refellere, refellendoq; non *premere*, ſed *opprimere* cogites; adeo fraudulente, ac turpiter alterius verba truncare, voces quaſdam auferre, ſubſtituere alias: nouoſque & abſurdos alteri, cogitatè, dataque operâ, ſenſus affingere, qua dignum venia? *Vt calumniæ damnatis* (verba tua hæc Druſi ſunt) *olim fieri ſolebat, K eius fronti eſſet inurendum, quæ ſignificet calumniam.* Si me, ſi totum hoc diſputandi genus deceret, alia illa tua tibi hic reponerem. *Contra ſe ſententiam dicit carnifex.* Sed abſit, (etiamſi ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſus iam ſis,) ita de te loquar. illud, quod multo mitius eſt, tantum dico: tibi, licet diuinus ſis

l. 15. ep. 4.

Luc. l. 10. templi inſtar.

ÆEn. 6.

R. p. 5.

l. 1. c. 10.

Digitized by Google

ſisGrammaticus;metuendam meritò,in prioribus illis verbis tuis,ferulam. An non enim ſolœciſmus; *K.eius fronti eſſet inurendum, quæ?* Eſt enim *k* littera, *quæ*, ſed tunc non *inurendum*. eſt etiam kappa γϱάμμα,& tuas *inurendum* quidem : ſed non, *qua*. Ita & in omnem humanitatem,bonoſque mores:& in pueriles Grammaticorum regulas meus peccat Druſius. qui ſi ſeipſum quoq; de diſcipulis loquentem prout ſuperiori monſtratum ſcrupulo;audiret,Doſitheum *Hananis* etiam *diſcipulum* agnoſceret.

SCRVPVLVM XII.

De noua Nouatorum,circa diuinos à Saducæis receptos libros,contentione.

R.l.2.c.11. AN *Saducæi*, ait Druſius, *Prophetas eiecerint, quæſtio eſt hodie mota à Scaligero & à me*. Dignum Nouatoribus opus: digna diuinis Grãmaticis quæſtio: qui, ad litium flammas nouas, Vulcanij folles noui. Ac Scaliger quidem, abſq; vlla, vt habet Apolline plenũ pectus; hæſitatione, aſſeuerat & perſeuerat, *Prophetas, alioſq; ſacros veteris Teſtamenti libros omnes à Saducæis receptos.* Eius enim hoc in Elenchi ſui cap XVI. lemmatium. *Saducæi non* pag 111.
reiecerunt ſcripturam : ſed ſola πατέρων παράδοτα
112. *δόγματα ἄγραφα*: Et in ipſo capite, Diuo Hieronymo & aliis, qui aliud crediderunt, ratio, inqt, & Ioſeph⁹ manifeſto aduerſantur. Rurſumq;

ſumque poſtea: *Nihil verius eſt, quàm eos totam ſcripturam retinuiſſe.* Nuper verò in Iſagogico tertio; *Saducæi totum textum Biblicum admittebant.* Paulo eſt, hac quidem in re, pudentior Druſius: neque præfidenter adeo audet præcidere, quin & Thraſonicam Scaligeri temeritatem non obſcurè verberat. *Ego,* ait, *nihil definio, aut ſtatuo. Nam temere non eſt à veteribus recedendum.* At magno cum ſupercilio, confidentia, & aſſeueratione, definiit, vt audiuimus; & ſtatuit tuus, ô Druſi, Scaliger. Quid Thraſone tanto facias? Si enim tu omnibus, quas iſte hactenus, confinxit auditis, expenſis, abs te ipſis editis rationibus: ſi tuis ipſemet conduplicatis vel nuperorum vel nouorum iam ſtabilimẽtorum commentis, nihil dum definire audes ac ſtatuere, quàm ille audax & importunus, qui ſolis ſuis, quas in Mineruali tamen difflaui omnes, ratiunculis elatus, à veteribus leuiſſimè diſcedit omnibus, ſuiq; nouo cerebri phantaſmate ac ſomnio *nihil verius* audaciſſimè pronunciat? Eſt tamen, in quo ſuum aſſectetur Oreſtem Pylades. Comminiſcitur enim *duplicis generis Saducæos* Druſius: alios *in Iudæa*: *in Sicimis* alios. & de his, cum Scaligero, audacter, abſque dubitatione vlla, definit ac ſtatuit. *Vtramque*, ait, *legem recipiebant Phariſæi: alteram Saducæi, qui non ſcriptam reiiciebant. De Saducæis loquor, qui in Iudæa morabantur. Nam de aliis alia ratio.*

113. 219. l.c. R.p. 79. 80. 81. 35. 36. l. 3. de ſ. c. 10. 79.

Digitized by Google

30. *Nam Sicimitæ Prophetas repudiabant.* Et poſt-
ea. *De iis, qui apud Samaritas agebant, quos gen-
tis ſuæ apoſtatas appellant, quin Prophetas repu-
diarint, nullus dubito.* Sed primo noua iſthæc
Saducæorum diſtinctio nullo neque aucto-
re, neque argumento firmatur. deinde ratio
nulla eſt, quæ ab Hieroſolymitanis, Iudæiſ-
ve Saducæis dogmata Sicimitas Saducæos
habuiſſe alia comprobet. Ac, de dogmatib.
aliis vt taceam, in hoc certè cum Sicimitis
concordes Hieroſolymitanos fuiſſe, vt ſolos
quinq; Moſaicæ legis libros in diuinis hi et-
iam reponerent, patet ex cauſa, quam tam
Min.l.4.c.14. Patres quam Nouatores abs me citati aliàs,
dedere, cur contra illos è ſolo Moyſe argu-
mentatus ſit Matth. XXII. Dominus. Ve-
rum quidem eſt, velle Druſium videri hos
R.p.79. ab illis diſſediſſe Saducæis, *quia erant* (verbis
eius loquor) *apoſtatæ τοῦ ἔθνους, vt loquitur Ioſe-
phus.* Sed primò illud hinc non efficitur:
quin potius, transfugas apoſtatasq; illos fa-
Gab.fol.68. ctos omnino *Samaritanos.* Diſtinguit ſanè
R. Saadias Saducæos & Apoſtatas, dū con-
tra vtroſque ſcripſit, vt ait R. Abraham Le-
uites. 2. Euidenter & copioſè ſatis explicat
ipſemet Ioſephus, quos per τοῦ ἔθνους ἀποστάτας
intelligat lib. 11. Archæol. cap. vltimo. Πολ-
p.342. λῶν ἱερέων, καὶ Ἰσραηλιτῶν τοιούτοις γάμοις (πρὸς
γυναῖκας οὐκ ἐπιχωρίους) ἐπιπεπλεγμένων, κατεῖ-
χεν οὐ μικρὰ ταραχὴ τοὺς Ἱεροσολυμίτας. Ἀφίσταντο
γὰρ ἅπαντες πρὸς τὸν Μανασσῆ. *Multis ſacerdoti-
bus &*

bus & Iſraelitis hoc ipſo coniugiorum cum alienigenis mulieribus genere implicitis, non parua Hieroſolymitas cepit conturbatio. Nam ad Manaſſem defecerant omnes. Audin' illud ἀφίςαντο? Viden' quos & cur *apoſtatas* nuncupet? Accidebat nimirum tunc, quod noſtro quoque accidit ſæculo. Si qui noſtra in Germania Monachi aut Eccleſiaſtici alij ſint, qui vel cum ſcortis libidinati ſint, vel ſacrilegas inceſtasq́; aliquas inierint nuptias, aut verò aliis aliquibus, ob quæ ſupplicium metuant, vel à quibus ſaltem reſipiſcere ac emergere nolint; flagitiis ſeſe contaminarint, ij verò ad vicinos confeſtim hæreticos transfugiunt: proque aſylis & *Sicimis* circumpoſitas illorum habent arces, vrbes, prouincias. Vnde & poſtea ibidem Ioſephus: εἴ τις αἰτίαν ἔσχε παρὰ τοῖς ἱεροσολυμίταις κοινοφαγίας ἢ τῆς ἐν σάββασι παρανομίας, ἤ τινος ἄλλου τοιούτου ἁμαρτήματος, παρὰ τοὺς Σικιμίτας ἔφευγε, λέγων, ἀδίκως ἐγκεκλῆσθαι. *Si quis illicita eſca, aut ſabbathi violati, aut conſimilis alius alicuius criminis apud Hieroſolymitas reus agebatur, is ad Sicimitas fugiebat, dicens, calumniam ſe paſſum.* Noſtrorum planè apoſtatarum expreſſiſſima facies. ſed quæ, ad Saducæorum eam, quam fingit Druſius, diſtinctionem, omnino ἀπροσδιόνυσος. ad hoc tamē vtilis, vt, cum ſententiæ in meliora mutatio non improbanda, ſed vt quædam in virtute proceſſio laudanda ſit; videamus Druſium ſuam, vti qui-

P. 144.

Vide & l. 1. Arc. prob. & l. 1. Cap. c. 2.

Min. l. 2. c. 10.

R. 1. c. 14.

dem conatur; mantelo iſto tegere haud poſ-
c.50.28. ſe inconſtantiam. Nam locum illum Eccle-
ſiaſtici, *Qui ſedent in monte Seir, & Philiſthiim, & ſtultus populus, qui habitat in Sichimis*; rectè
olim cum vetere noſtro legebat; legendum-
l.3.deſ. c.14. R.1.c.14. que contendebat: nunc legi vult: *Qui ſedent in monte Samariæ: ſeu commorantes in monte Samariæ*: vultque per *Sichimitas* hic ſuos illos
intelligi *Saducæos*, quorum ab Iudaicis &
Hieroſolymitanis diſſideret in canonicis li-
bris ſententia. Operæ autem pretium eſt,
quemadmodum priſtinam illam melioremque
ſuam lectionem ac ſententiam com-
Not in c.50. Eccl. mendaret olim, audire. *Profectò*, inquiebat,
legendum in monte Seir. de quo iam pridem vos (Lectores, Auditores) *monui. Ipſa res clamat ita legendum eſſe. Tollit omnem dubitationem Interpres vetus, qui optimo exemplari vſus.* At
quis vel iurato, in aliis, credat deinceps, cum
eum nec ſuum illud, *profectò*, nec *res ipſa clamans*; nec *omnis à vetere Interprete ſublata dubitatio*; nec denique *optimum huius exemplar*,
quo minus ob futilem, nugalemque conie-
cturam, *Seir* montem noſtro è textu exſcin-
deret, aliaque ſentiret omnia, retinere po-
tuerint? Sed alia Druſij eiuſdem, hac in re,
duo vel acumina vel querimonias indico.
R.p.80. I. *fortè*, inquit, *Patres* (cum à Saducæis Prophetas
repudiatos aiunt) *de his* (Sicimitis) *intelligendi*. Lepide. Nulli hactenus noua hæc
Druſianorum Saducæorum cognita diſtin-
ctio:

ctio; & tñ de iis *fortè loquuti Patres.* Imo, abſque iſto, *fortè,* de iis loquuntur Saducæis Patres, qui Hieroſolymis erant, qui de reſurrectione, quam impiè negabant, varias CHRISTO Domino tẽdiculas nectebant: qui ab eo, ſolis è Moyſis armamentario armis, valentiſſimè deiecti atque proſtrati ſunt II. *Bellus homo* (Serarius) *neſcit diſtinguere inter dubitare, & affirmare.* At verò talis interdum Proteus Druſius, vt quæ ipſius forma ſit, conſpici vix poſſit. Nam ecce, hac in quæſtione ipſum dubitare, feci antea verbis eius planum. Nunc mihi totum eius in diſputando conatum, & alia eiuſdem verba contuere, ipſumque merum cum Scaligero affirmatorem credideris. *De Sicimitis* iam clariſſimè quid ſentiat, monſtratum; *de aliis* verò hunc in modum *loquitur: Si Ioſephus ait Saducæos τὰ γεγραμμένα amplexos, non eſt dubitandum, quin in mente habuerit vniuerſam legem ſcriptam, qua ſuprà omnes libros XXIV. contineri diximus.* Et in Appendice: *De Prophetis, an à Saducæis omnibus reiecti fuerint, dicemus alias, ſi voluerit. de quo eo accuratius videndum, quo difficilius eſt τὸ μεταδιδάσκειν; & à vulgo hominem impetrare vt ſemel receptas opiniones, quantumuis falſas & abſurdas, patiantur ex animis ſibi reuelli.* quaſi & Patrum de Saducæis *falſa & abſurda* fuerit ſententia. Quid, quod nouam illam tam apertè ac propalam à Scaligero, vt vidimus, aſſertam ac pronunciatam

Matth. 22.

Ibid.

p. 100.

ciatam ſententiam tot ac tam operoſis & nuper in *ſectario* ſuo, & iam in *Reſponſione* ſuffulcire modis conatur? At hos omnes paulo poſt excutiemus. nunc Druſium moneo, vt eius, quod ipſi, Lectoribusq; omnibus indicaui aliàs; memor ſit:me, propter ſummam Scaligeri cum Druſio ipſo conteſſerationem; diuinis interdum Grammaticis tribuere, vel quod ambo ſimul, vel quod eorum affirmat alter. ſed ita, vt ex indicatis eorum libris, capitibus ac pagellis perſpicuè ſemper an vnus, an duo intelligendi, commonſtrem. Notæ alioquin Hebræorum parœmiæ: *Væ malo, & væ vicino eius*. Nam *aliquid ſemper mali propter vicinum malum. Tobias peccauit, Z god vapulat. Sichem duxit vxorem: & Mabgai circumciſus fuit.*

Minor. 1. c. vlt. ſub finem.

SCRVPVLVM XIII.

Quæ ad nouam de canonicis Saducæorum libris fulciendam opinionem, adducit Druſius, deiiciuntur omnia.

AD nouam nouæ *de canonicis Saducæorum libris* aſſeuerationis exſtruendã ac exornandam molẽ, varia tã à Scalig. q̃ à Druſio aggeſta fuerunt argumenta. ſed ea fuere non multo poſt à me labefactata omnia. Iis verò nunc vtcumque fulciendis ſena conatur Druſius ſubiicere fulmenta, nouoſque quaſi

Min. l. 4. c. 14.

R. 2. c. 11.

quaſi tibicines. ſed perinfirmos ſanè, pæneque ſtramineos omnes Proponam eos ordine:ſimulque ſtatim deiiciam. Tibicen I. *Interdum appellatur lex totum vetus inſtrumentum.* Norunt hoc è ſcripturis & Patribus omnes. ſed quid tum? Nulla eſt hæc apud Dialecticorum pueros conſequentia: *Sic interdum ſumitur lex. ergo & ſic modo. Interdum veri aliquid dicit Druſius. ergo & iam. Interdum agit Hillaæ Dominæ procum Scaliger. ergo & nūc.* ſed *Tanchuma tamen inquit: Apoſtatæ Iſraelis dicebant Prophetas & hagiographos non eſſe legem, neque credebant in eis.* Verum iſta, quæ pro ſe affert verba Druſius, ſi paulo ſpectentur propius, non ad ipſa Druſii fulmenta tantùm, ſed ad nouam iſtam ſententiam totam excidendam, ſecuris Tenedia ſunt. Hi enim Apoſtatæ volebant videri *legem* ſeruare, ſed *legis nomine* haudquaquam aiebant dignandos Prophetas & Hagiographos. ideoque ſe ad *legem*, non autem ad iſtos adhæreſcere. *Metuens*, inquit è Nouatoribus quidam, *Saducæorum ſecta, ne lapidaretur à populo, Moſi ſe inniti prætendebat: Nullam autem admittebat interpretationem. Dominus autem eos confutat ex prima oratione, quam Deus ad Moſen habuit.* II. tibicen. *Duplex lex apud Iudæos, ſcripta, & oretenus tradit. Vtramq; recipiebant Phariſæi, alteram Saducæi, qui non ſcriptam reiiciebant.* Recipiebant ſanè iſti ſcriptam, ſed non totam: ſiue non omnes diuinæ ſcripturæ libros.

p. 78.

To. 15. 25. 1. Cor. 14. 21. Ro. 3. 19. D. Hier. ad Alg. q. 8.

Hug. Bru. Conc. p. 144.

p. 78.

bros. Nam neque modo bene argumentaretur, qui diceret. *Catholici recipiunt Dei verbum ſcriptum & traditum: hæretici ſcriptum ſolummodo. Ergo iſtud recipiunt totum.* Satis enim iam omnibus notum, quemadmodum è ſacro canone *Apocalypſin, ſanctiq; Iacobi epiſtolam* Lutherus, idemq; & Caluinus *Tobiam, Iudith, Machabæos*, & alia eiiciant. dicantque quod de Pentateucho quondam *Naſaræi*, D. Epiph. hær. 18. p. 79. πεπλᾶσθαι ταῦτα τὰ βιβλία. III. *Commentarius ſuper Aboth ait Saducæos inniti ſcripturæ, quæ Hebraicè mikra dicitur.* Liceret quidem Commentarii huius non magni pendere teſtimonium; ſed cum aduerſus veterum ſententiam nihil omnino dicat, pendatur iã quantiuis. Reſpondi enim iam aliâs, *inniti* quidem *ſcripturæ* Saducæos: ſed *non vniuerſæ.* At hic in fermento Druſius totus eſt. *Vox*, ait, *mikra, qua vſus eſt* (ille Commentator) *non vſurpatur de lege Moyſis ſola. Ipſe fateris p. 182. Profecto inuidia & odium hominem adeo tranſuerſum egerunt, adeoque memoriam eius læſerunt, vt quod in vna pagina dixit, in altera non meminerit, quum tamen mendacem oporteat eſſe memorem.* Bona verba, mi Druſi. Omnem & inuidiam & hominum odi odium: neq; vlla mihi memoriam ſtygia, Deo laus; læſit Lethe. Tuus nonnihil ſubſidat tumor, placideque tantiſper audiat. Vox *mikra* ſcripturam ſignificat: ſed interdum *totam*, vt cum dicitur, *filius V. annorum ad Mikra* c. 5. Pirke,

leſchon

leſ.bon mikra, prol. Methurg. interdum *partem*. vt cum de Raſchi dixit Zacuthus: Ex poſuit *thorah vſchean heſcim vearbba*: id eſt, *Legem, & reſiduum XXIV. librorum.* & R. Salomon F. Regis, *chomeſch vmikra*, id eſt, *Pentateuchus, & ſcriptura*, ſeu Prophetæ & Hagiographa. Quando verò *Mikra* generatim ſcripturam ſignificat, non ſtatim quando in oratione aliqua vox ea eſt, omnes omnino ſcripturæ partes accipiendæ ſunt. ſed aſpiciendum, an vel vniuerſitatis ſyncategorema, notulaue addatur aliqua, vel circumſtantia certè, quæ indicet pro omnibus & ſingulis accipi partibus. Si enim nihil adſit, poterit vox, quæ ex ſe totam ſcripturam poteſt ſignificare, ad vnam tantummodo partem reſtricta eſſe. Id in generibus, totisq; aliis patet. Si dicam, *Video animal.* num ilicò me omnia & ſingula videre animalia concluſeris? Si dicas; *En, auis inſidet arbori*; an rectè putaro illam omnibus & ſingulis illius ramis, totique inſidere trunco ac radici? Norunt vel ipſi Dialecticorum parietes, *quod de parte affirmatur: poſſe & de toto affirmari*: ſed *non ſtatim, quod de toto affirmatur, poſſe de omnibus & ſingulis affirmari partibus.* Quia *vni ſcripturæ parti*, Pentateucho ſcilicet, *innituntur* Saducæi, rectè ipſi quoque *Mikræ inniti* dicuntur; non autem contrà; quia innituntur Mikræ, ideo partibus Mikræ omnibus & ſingulis eos neceſſe eſt inniti. Atque hoc Scaligero,

p. 152. b. in l. Miclol Iophi.

tametſi Grammaticæ quã Dialecticæ peritiori, ſuboluit, quando è Ioſephi verbis abs te paulo ante citatis, rurſumque paulo poſt citandis, non, vt ſcriptum eſt, τὰ γεγραμμένα tantùm, ſed, cum falſitatis crimine, πάντα τὰ γεγραμμένα citauit. Vnde ruunt & alia duo tertii huius fulmenti fulmẽtula. Vnum,
p.101. *Inniti ſcripturæ, aliud nihil eſt, quam recipere totam ſcripturam.* Nego. ſed *inniti ſcripturæ eſt recipere ſcripturam: inniti toti ſcripturæ* eſt *recipere totam ſcripturam.* Dixi iam ſuprà. Vos Nouatores, nonne *ſcripturæ inniti* vos clamatis? Et tamen *totam* non recipitis. *Nunquam de lege ſola dicitur mikra.* Si de modo, quem
l.2.c.8.v.5. & tr. Ned. c.4. Iuc.54. expoſui, vt pro parte totius nomen ponatur; loqueris, nego. poſſumq; non abſonè Eſdrã auctorem laudare. ſed ne contentionis longius tibi filum dem; accipe, quod tergiuerſationem nullam fert; Tudelenſis Beniamin
in Itin. in fine. teſtimonium. qui Pariſienſibus Iudæis, à quibus poſt peregrinationem longiſſimam, hoſpitaliter benigneque admodum acceptus erat; bene precans, *Confirmet*, ait, *Deus in nobis & in illis, ſcripturam, quia ſcriptum eſt* (Mikra ſcheccathub) *Et reducet, & congregabit te ex omnibus populis, in quos diſperſit te Dominus Deus tuus.* Eſt autem ſcriptura hæc in
p.80. Deuteronomii cap.30.v.3. IV. tibicen. *Si Ioſephus ait Saducæos* τὰ γεγραμμένα *amplexos, non eſt dubitandum, quin in mente habuerit vniuerſam legem ſcriptam; quæ ſupra omnes libros*

XXIV.

XXIV. contineri diximus. Cur verò, *Druſi, non dubitandum?* Nam indefinitum eſt illud τὰ γεγραμμένα. quod idcirco Paracharactes Scaliger, per πάντα vocis appoſitionem, ſibi El.c.16. ad omnia, proferendum putauit. Multo autem, ſuo iſto Scaligero, Lynceus magis & oculeus Druſius, qui quod in Ioſephi verbis chartaque non eſt, id in eius mente perſpiciat: & quidem ita, vt de eo dubitari haud ſinat. Sed in ſuis tamen ſcholiis argumentatur: p.81. *Cum in oppoſito ſint* τὰ ἐκ παραδόσεως, *videtur particula vniuerſalis vtrobique ſubaudienda. Nã vt omnia* τὰ ἐκ παραδόσεως *reiiciebãt: ſic omnia quoque* τὰ γεγραμμένα *recipiebant. Quod ſi hoc falſum. Ergo & illud.* Acutè. Reuixit Chryſippus. *Omnes traditiones explodunt noſtri hæretici. Ergo vtriusq; teſtamenti ſcripturas omnes amplectuntur. Omnia peccata declinare pij adnituntur. Ergo & bona omnia facere. Ieſuitas omnes odit Scaliger. Religioſos ergo alios omnes diligit. Cruda omnia reſpuit Druſii ſtomachus. Omnia igitur, quæ coquuntur, appetit. Flagitia omnia vetat cuilibet* CHRISTI *Domini lex. Benefacta igitur omnia præcipit eadem cuilibet.* Vt pictoris neſcio cuius pueri Alexandrum, Plin.l.35. c.10. ſic & Druſium rideant Dialecticorum pueri. & quidem etiamſi ad contrarias eadem iſta enunciationes traducamus. Nullas traditiones noſtri admittunt hæretici. Omnes igitur ſcripturas admittunt. Nulla peccata volunt pii facere. Omnia igitur bona volunt.

lunt.ſicque in aliis.& ſignatè in hoc: Nulla ἐκ παραδόσεως recipiunt Saducæi. Omnia igitur τὰ γεγραμμένα recipiunt. En quales,& quàm ſtramineas nouo de Saducæis commento ſubſtruxit fulturas Druſius. Quin verò etiamſi ſcripſiſſet Ioſephus πάντα τὰ γεγραμμένα, monſtraui ex ipſius tamen contextu, non intelligenda fuiſſe ſcripta in ſacris libris omnibus omnia; ſed vt ipſemet loquitur, ἐν τοῖς Μωυσέως νόμοις. At Moſaicarum legum nomine continentur etiam Prophetæ. *Nam*, inquit Druſius, *quid Prophetæ aliud ſunt, quam ipſa lex, quam explicant?* Iſto igitur Iudice, malè ab hac illos diſtinxit, qui dixit: *Habent Moyſen, & Prophetas. audiant illos.* Et poſtea. *Si Moyſen & Prophetas non audiunt.* Sed & ex ſua ipſius cannabe laqueum ſibi nectit. Saducæi Sicimitæ legem amplectebantur. Ergo, vt ipſe argumentatur; etiam Prophetas. Et tamen dixit antea; *quin prophetas repudiarint, nullus dubito.* Quia verò ei paulo ante in Dialecticis tam ex animi ſententia ſucceſſit bene, ad ſyllogiſmos redit: Παράδοσις *vocatur, quod à maiorib. traditum non habetur in lege ſcripta. Nihil autem in Prophetis, quod non ſit in lege ſcripta. Ergo nulla in iis* παράδοσις, *vel traditio.* Satis hic deformis ſyllogiſmus.in quo tamen, quia formæ aliquid fingi poteſt; negaret aſſumptionem, quem ad Prophetas omnes audiendos vrgere vellet Druſius; Druſianus Sicimita Saducæus.

p.82.

Luc.16. 29. 31.

R,2. c.11.

p.100.

Nam

Nam non iam quid in lege ſcripta ſit aut non ſit, quæritur: ſed quid eſſe aut non eſſe ſenſerint Saducæi. Alioqui, te quidem argumentatore, non Prophetas modo, ſed Euangeliſtas etiam & Apoſtolos iidem acceperint Saducæi. Nouum enim teſtamentum continetur in veteri. Hoc autem, vt vult argumentator, acceperunt iſti. Quipini & illud? Eſt verò quod ait idem perlepidũ: *Sub Prophetarum nomine comprehendo etiam ſcripta hagiographa, quæ Haccethubim Hebræi vocant.* Per me quidem id facias, Druſi, licet. ſed vide num tibi, quorum de ſentẽtia quæritur hoc, aſſenſuri ſint Saducæi. Quando enim dixerint hi, ſe *Moſis legem* amplecti. tu confeſtim addes. At *legis nomine* comprehenduntur etiam Prophetæ. & perges porro: *ſub Prophetarum nomine comprehendo etiam ſcripta hagiographa.* Si annuerint omnia, quid ſupereſt, niſi vt de Sicimitis etiam triũphes, à quibus tam præclarè non legem modo, ſed Prophetas etiam & Hagiographa ſuſcipi comprobaſti. Verum hoc tuum in verbis & rebus etiam ipſis regnum, vereor vt admittant illi. Certè in illorum hæreſeos indagatione hac nemo admittat, qui cõſiderarĩt illorum nobis ab antiquioribus expoſitam ſententiam paulo attentiùs. V. tibicen. *Robur addit huic opinioni* (nouæ) *quòd Hebræi ſcripturam τὴν γραφὴν vocant baccathub, quod ſonat τὸ γεγραμμένον* Sit hoc ſanè. Nam prẹter Eliam, ſic

Luc. 24.
Gal. 4.
1. Cor. 3.
p. 82.

43. Pirk. ſic voce *baccathub* vtuntur ſuis in gnomis Ribbi Iacob, & Ribbi Doſitheus filius Ianai, de quo ſuprà. Sed quid exinde ſequitur? Nihil. V I. & vltimus tibicen. Robur addit huic (nouæ) opinioni, *et illud, quod Act.* 23. *non dicuntur negare Prophetas.* At hoc ab auctoritate, quæ ſilet, non autem negat; argumentandi genus quis aut Dialecticorũ aut Rhetorum non exſibilat? Ideoq; reſponderam breuiter aliàs; *ſed neq; ibidem dicuntur negare inferos.* quos verè tñ negabãt cũ neq; animos immortales crederẽt: neq; vllos eſſe dæmones exiſtimarent, vt ex Ioſepho perſpicuum: nulla denique poſt mortem, vel bonorum præmia, vel malorum ſupplicia ſtatuerent. τὰς, inquit Ioſephus, κατ' ᾅδου τιμορίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. Meum tamen illud breue, ſed verum, ſolidumque reſponſum eludere conatur Druſius: *Imo*, ait, *dicuntur* ibidem negare inferos. *Nam qui negat reſurrectionem, negat inferos.* O diuinum Grammaticum! Vix putaſſem Theologiæ te adeo ignarum, vt putares è reſurrectionis negatione, inferorum ilicò inferri negationem. An, abſque corporibus, non poſſent æternis apud inferos animæ ſolæ mactari ſuppliciis? An ingens earum hodie numerus ibidem non eſt, quæ corporum expertes dirisſimè cruciantur, æternumque cruciari ſic poſſent, niſi propter actionum prauarum ſocietatem, hominiſque totius integrationem, ſua illis redhiberi corpora

Scrup. 9.

Ar. h. l. 18. c. 2.
Caſt. l. 2. c. 12.
D. Hier. in 22. Matth.
Act. 23.
Tribar. l. 2. c. 21.
l. 2. cit.
Orig. frag. in Matth.
Aruch.
Zacut.

D. Thom. ſuppl. q. 75 a. 1.

pora ſapiẽtiſſimus iuſtiſſimuſque Iudex voluiſſet? Diues ille byſſatus ac purpuratus epulo, de quo quid exiſtimes, audiemus poſtea; docere id te potuit, dum nulla iam conueſtitus carne clamat, *Crucior in hac flamma.* Et quàm Gentilium multi, ſceleratos ac facinoroſos ſuorum, apud inferos, ſcelerum facinorumque pœnas luere ſenſerunt, qui nullam corporum tamen rati reſurrectionem? Reuoca in memoriam, non quæ qui *imas Erebi deſcendit ad vmbras*, vidiſſe ac audiiſſe fingitur, apud Maronem, Æneas; aut quæ alii fictis etiam fabulis ac verſibus adumbrarunt veriſſima Poetæ: ſed quæ Pythagoras, Plato, Plutarchus, Tullius, Iamblichus, aliique philoſophia inſignes de inferorum prodidere cruciatibus, cum generalis tamen iis vel inauditus omnino, vel certè non perſuaſus eſſet, corporum ad vitam reditus, & videbis quam bellè, quamve ſapienter ac eruditè abs te dictum, *Qui negat reſurrectionem, negat inferos.* Qui Athenis Diuum Paulum irridebant, & *ſpermologum* appellabant, nequaquam id propter denunciatas inferorum tenebras ac pœnas, ſed propter enunciatam ac prædicatam corporum omnium anaſtaſin, faciebant. Nec diſſimilis in cœlorum gloria & beatitudine ratio eſt. An ab omnibus, qui rediuiua olim

Lu. 16.

Lib. 6. Æn.

Eugub. l. 10. de phil. c. 20. & ſeq.

Act. 17. 32. 18.

olim corpora negarent, negari hanc putas? Nonne, qui corporibus vacet, plurimi iam, niſi tu fortè Caluiniano eos adhuc veſtibu-
Cal.l.3. c.20. lo coerces; in cœlis animi? Nonne ſic, ſi vel-
ſ.20. let Dominus, perennare, nulloq; cum cor-
Bell. l,1. de ſan.c.1. pore beati eſſe poſſent? An non & hoc è Gentilium ſapientibus, quibus corporum redanimatio, cœleſtiſque felicitatio incredibilis, agnouere cõplures? Vide Auguſtin. in libro de Ciuitate Dei vltimo, & tuã illã ſummæ in Theologicis rebus inſcitiæ ac
1.4. & 5. ruditatis indicem vocem contine: *Qui negat reſurrectionem, negat inferos.* Malè de tuis mereris, Druſi, amiculis, *à quibus*, vt ſcribis;
R.p.20. *Theologi tibi nomen tributum, Doctoratusq́; Theologici titulus vel gradus tibi, ante annos XXX. oblatus.* Si enim verum hoc, (& verò li-
p.31.47. bet credere, ne tibi veriora non credenti ſiam quodammodo ſimilis) illos egregiè ridendos propinas omnibus. quod vas vacuum, plenum putarint. Tu tamen in eo prudenter, quod quæ in benè conſtitutis Academiis præire ſolent examina perhorrueris, aleamque non Grammaticæ, ſed Theologiæ defugeris. Nam niſi diuinorum inter ſe myſteriorum connexionem acutius ibi quàm hic vidiſſes, meliuſque reſpondiſſes, ab omni ſanè Theologica laurea fuiſſes meritiſſimò excluſiſſimus. Et tamen quaſi non Grammaticorum, ſed Theologorum alpha iam fores, me, qui reſurrectionis, inferorumq;

torumque dogmata verbulo innueram diſiuncta; irrides, & ais: *Miror hæc tam ſubtilem Theologum* (*Serarium*) *effugere potuiſſe: ſed mirari deſino, cum audio Poetam dicentem, Homo illiteratus videndo non videt.* At litteratiſsimum litteratorē, poſſe ab aliquo cœlū ac inferos etiamſi corporum iteratam vitam negaret, concedi; videndo non videre quis non videt? p. 10.

Diuini ſe Grammatici diuina videre
Cuncta putant. Cæci, quid iacet ante pedes?

Certè ſi quid in Philoſophiæ Theologiæque ſtudiis videret Druſius, dixiſſet potius in illo Actuum capite XXIII. inferos ab Saducæis negari, quia ab iis negarentur dæmones, &, ſecundum Scaligeri expoſitionem, de qua loco dictum alio; ipſi quoque hominum ſpiritus. Melior enim ac verior iſta foret argumentatio: *Non ſunt dæmones: imò nec animæ. Nulli ergo inferi.* quàm, *Non eſt reſurrectio. ergo nec inferi.* Minus hic lippiit Scaliger, dum ſuo iſti conbennoni Druſio in aurem inſuſurrat: *Saducæi animarum immortalitatem, & proinde ſupplicium aut remunerationem poſt hanc vitam abnegabant.* Præterea: *Samaritæ & animas immortales fatentur, & locum* κρίσει, καὶ ἀνταποδόσει *poſt vitam hanc eſſe credunt, vt diſertè in eorum Chronico extat. An reſurrectionem credant, neſcio.* Vides, opinor,

Min. 4. c. 16.

Iſagog. l. 3. p. 219.

nor, Druſi à Scaligero tuo aſſeri, quoſdam credere *χρίσιν* & *ἀντυποδόσιν*, cœlum & inferos, poſt hanc vitam, quantumuis reſurrectionem fortè inficientur. At dixerit, qui meamDuſiique perſonam, vti oportet; poſthabet, veritatemq; ipſam inquirit; Eſto. vitioſa, inepta, inſcitaque ſit illa Druſij à reſurrectionis negatione, ad inferorum negationē conſequētia: remoueatur ēt tantiſper illa de ſpiritu ab Saducæis negato, *an omnis omnino ſpiritus, an verò Spiritus ſanctus ſit*; diſputatio; videntur tamen, in illo Act. XXIII. Saducæi negare inferos, quia, è quorum genere ac natura impiorum carnifices dæmones ſunt; Angelos negant. Reſpondeo: id ita eſſe. me autem, cum dixi, eo in capite inferos non negari, loquutum de diſertâ & expreſsâ, non ea, quæ per conſequentiam aliquam colligi poſſet; negatione. Hoc enim, neque aliud, flagitabat ea, cui reſpondebam Nouatorum ratiuncula, cum dicerent: *Non dicuntur Act. 23. Saducæi negare Prophetas.* id eſt, non exprimuntur: non hoc inter alia ipſorum ibi recenſita dogmata, ſignatè, diſertèque recenſetur. Si conſequentiis tamen agendum; ex eodem XXIII. Act. capite quis non colligat, ab iiſdem Saducæis Prophetas repudiatos omnes? In his enim omnibus Angelorum, quos inficiantur iſti; ſpiſſiſſimus occurſus. Imò è Scaligeriano etiā ſcrupulo, de quo alibi; concludi etiam poſſet, Mosai-

Mat. 4. c. 17.

Moſaicum hos inficiatos Pentateuchum. *Quomodo enim*, ait Scaliger, *aut qua fronte poterant negare Angelos eſſe, quum disertè in lege expreſſum ſit nomen Angeli? Ex. 3. 2. & alibi in Pentateucho octies, vt minimum?* Ruunt igitur ſubſtructiones, firmamenta, tibicineſque Druſiani omnes. neque his aliud, quàm inditá nobis hactenus philocæniæ, imperitięque ſuæ Theologicæ opinionem conſtabiliuit Druſius. Elen. p. 120.

SCRVPVLVM XIV.

De ſtultitia.

SVVM à ſtultitia Reſponſionis librum orditur Druſius: totumque in eo caput primum cõſumit, *ſtultus* vt audiam. Verum videlicet illud ſapientis: *In via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat.* Eccl. 10, 2. Huiuſmodi verò ſtruit argumentum.

Quiſquis ſe indoctum fatetur, idem ſtultum fatetur.

Indoctum verò ſe fatetur Serarius. Ergo.

Aſſumptioni, ô diuine Grammatice, ſubſcribo iterum iterumq;, & quidem libentiſſimus. Si ſe ſcire nihil fatebatur Socrates, me quamplurima, ſcituque digniſſima neſcire cur diffitear? *Non iudicaui*, ait myſteriorum, 2. Cor. 2. quæ effari haud licuit, ſcientiſſimus cœloq; receptus tertio Apoſtolus, *me ſcire aliquid inter vos, niſi* IESVM CHRISTVM, *& hũc crucifixum.* ibid. 12.

xum. egon' aliud profiteor? *Exerce*, ait quædam Hebræorum ſententia, *teipſum, vt de eo, quod neſcis, dicas, Neſcio. Sapiens, quod verum eſt, fatetur*, ait alia quædam ſententia: *ſecus autem facit ſtultus*, qui ibi *golem* appellatur. In aſſumptione igitur ne, vt feciſti, poſthac ſuda. eam vltrò prout feci aliàs, etiamnum largior. Sed ad propoſitionem ipſam omnes ingenij tui neruos contende. Nam ea ſi vera; tui, ô ſophûm octaue, ſtulti parentes: ſtulta Scaligeri tui mater, & tot, quot in Patris ſui *vita* dinumerat, maiores: qui, pauculis exceptis, indocti omnes. Quid tot in pagis, viciſq; omnibus agricolæ, tot in vrbibus opifices, mercatores, inſtitores, tot in caſtris milites, Centuriones, tribuni, tot vbique prædiuites, potentes ac Nobiles, tot in prouinciis omnibus Comites, Principes, ac Reges, qui litteratioris doctrinæ omnis expertes? Omnesne ſtulti? Viderint ſanè quo abs te loco habeãtur, quove celebrentur nomine Friſij, Batauiq; tui. Nam de iſta tua ſtultitia non ſanè loquitur citatus abs te Sapiens: ſed de illa, quæ in benè agendo, recteque viuendo, prudentiæ, Dei timori, virtutiq; omni aduerſatur. Sic enim & alibi: *Stultorum, infinitus eſt numerus*. Alioqui cauenda tibi palinodia vt è ſapientibus Bianti

Plures mali, dixiſſe nollem:
Malos, ſed imperitos dixi, & barbaros.

Verum, qui ægrè fers fateri alium ſe, qui ſit;

pirke c. 5.
in præf. & p. 33. 35. 54.
p. 1. & 5. Prou. 29. 9.
Eccl. 1. 15.
Auſ.

ſit; vtique *indoctum* te fateri non vis: (*ſtultum* enim alioqui te diceres) ſed *eruditum*, *doctum*, & *ſapientem*. O mi Druſi, deſcende in te ipſum, & vide ne diuinos aſpiciat Grammaticos, qui ait: *Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum moratur ſapientia?* Et alius: *Putantes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Iob 12. Rom. 1.

SCRVPVLVM XV.

De Paræneſibus.

MODESTAS, vtiles, planeq; neceſſarias diuinis Grammaticis paræneſes monitionesve feci. Has vocat Druſius *calumnias*. neque tamen contra eas quidquam, quod à me antea præuerſum & occupatum non ſit, affert. Prophetæ igitur increpationem tantummodo iam accipiat. *Væ qui dicitis malum, bonum: & bonum, malum.* Is. 5. Videatq; ne ſe, qui *ſapiens* haberi vult; in ſtultorum rurſus album referat. Nam, vt à Salomone dictum; *Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum.* Prou. 17. &, vti Benſiræ memorat Scholiaſtes: *Nutu ſapiens, fuſte ſtultus percutitur.*

SCRVPVLVM XVI.

Sintne Grammatici aliqui diuini?

DIVINOS *Grammaticos* alio alioqui Min. l. 1. c. 3. ſenſu vocari poſſe monſtraui aliàs: ſimulque illum, quem inuehit Druſius, ex-

ploſi ſenſum, vt *diuinus* vocetur *Grammaticus*, qui diuinarum litterarum interpres eſt. Sic enim, vt alia, quæ tum dixi, non iterem; Poetarum interpres, *Poeticus* eſſet *Grammaticus*, qui hiſtoriarum, *hiſtoricus Grammaticus*, qui Oratorum, *Oratorius Grammaticus*. At poſt natam Grammaticen, vbi locorum Grammatici viſi, auditive tales? Quin & eodem modo, cum per artes ſcientiaſq; omnes fundatur Logica, *Logicum* dixerit Druſius, *Medicum*, *Logicum Phyſicum*, *Logicum Theologicum* aut *diuinum*. At pro ſuis illis Grammaticis diuinis quatuor erigit nunc Druſius propugnacula. I. R. *Mardochæus Nathan alicubi vocatur Philoſophus diuinus*. II. *A S. Chryſoſtomo dicuntur quidam οἱ διὰ τὴν πίστιν φιλοσοφοῦντες*. III. *Timotheus vocatur homo Dei*. IV. *Diuinarum litterarum interpretes vocantur interdum Prophetæ*. At expugnantur omnia hæc facilè. I. diuinus philoſophus aliquando dicitur *excellens*, & ſic Grammaticũ poſſe diuinum appellari, probaui ipſemet aliâs: aliquem verò, qui Deum, diuinaſq; res, quas μετὰ τὰ φυσικὰ dixit Ariſtoteles; indagat & perſcrutatur. & iſto modo Grammaticum eſſe diuinum, negaui. II. Pij omnes, etiam ἀγραμματώτατοι Chriſtiani, poſſunt διὰ πίστιν φιλοσοφεῖν. III. Quiſquis Deum, vti par, amat & colit, næ is *homo Dei*. IV. Vocentur interdum diuinarum litterarum interpretes *Prophetæ*, an & ideo *Grammatici diuini*? Sed & in eiuſcemodi Gram-

di Grammatico diuino explicando vix ipſe ſibi diuinus conſtat Grammaticus. Nam aliquando, cum diuinum vocat Grammaticum, *qui diuinas litteras enarrat iuxta ſenſum Grammaticum*: aliquando cum *ſenſu Grammatico hiſtoricum* etiam poſtulat. & tandem, *Eſt igitur*, ait, *Grammaticus diuinus, nihil aliud quàm interpres Theologus.* l.4. de ſ.254. Reſp.p.7. 11. 9.

SCRVPVLVM XVII.

An Grammatici, & quidem diuini, Scaliger & Druſius vocandi?

FERT ſubægrè Scaliger *Grammaticum* ſe vocari: ſeque *diuinum* vocari voluiſſe negat Druſius. Cum enim mihi, & alio quidem edita charactere verba hæc, quæ tamen non deprecor; cum ex meis colligantur; affinxiſſet; *ita vocari voluiſtis*, ilicò ſucclamat: *Falſum eſt, calumnia eſt, mendacium eſt.* Hem, quàm vehementer! quàm confidenter! Et pergit: *Vbi ego vocari volui diuinus Grammaticus*? Arrige aures Pamphile, iamiam dicam, vbi vnum hoc prius edixero, abs te, *inter Grammaticos*, cum Eraſmo & Mercero connumerari etiamnum concerram, vt ipſius verbo vtar; illum tuum, etſi ſtomachatur. Nunc quia *vbi Grammaticus diuinus vocari volueris*, rogas, reſpon- Iſag.3. p. 291. p.9. Reſp.p.10. in Tit. l.4. p.146.

 ſum

ſum habe hoc ſimpliciſſimum. *Quiſquis aliquam ſibi definitionem, deſcriptionemue tribuit, is definitum deſcriptumue ſibi quoq; tribuit.*
Mi.1.c.3.p.9. *At prius facis. Ergo & poſterius.* Aſſumptionem ex tuis in Mineruali allatis verbis probandi facultas maxima. iis tamen, quæ paulò ante attuli contentus ero. *Grammaticus* nimirum *diuinus eſt, qui diuinas litteras enarrat iuxta ſenſum Grammaticum.* vel *qui iuxta Grammaticum & hiſtoricum.* vel, *qui Theologus eſt.* At quoties haſce capiti tuo lemniſcatas palmas imponis? Quoties iſto modo te *Dauidem, Eſther, Tobiam, Ruth, Eccleſiaſticum, Prophetas* enarrare commemoras? Teipſum audi: *In*
præf. in Hoſ. *Hoſea hoc præſtitimus. Primum conuertimus eum ex Ebræo in ſermonem Latinum: deinde notas adiecimus, quas lectiones vocamus, quia inter legendum maxima ex parte meditatæ ac ſcriptæ. In notis potiſſimum hiſtoriam enarramus, & ſenſum Grammaticum, quem vulgo litteralem nuncupant.*
In Eccl. Et alibi: *His non contentus, locos obſcuriores, qui in hoc auctore quamplurimi erant, pro virili mea illuſtraui. ebraiſmos difficiliores, rituſque antiquos non ſolum indicaui, ſed etiam explicaui.*
in Ionam. Iterumque alibi: *Præter dictionem Ebraicam, explicamus, quidquid ad hiſtoriam pertinet, & ad ſenſum, quem vocant Grammaticum.* I nunc, & totis Friſiæ Britanniæque ſtagnis & paludib. coaxa: *falſum eſt, mendacium eſt, calumnia eſt.* Imo & *Criticus* geſtis appellari. *Quod*, ais, *mihi*
præf. in Tetrag. *ex officio incumbit, & propriè ſpectat ad Criticen,*

quam

quam profiteor. qua de profeſſione paulo poſt.

SCRVPVLVM XVIII.

De Grammaticæ, Criticæq́ laudibus.

QVID *Eraſmum*, cramben illam tuam reponis toties? An Grammaticæ præco nullus tibi notus alius? Ipſum ſaltem citaſſes *Ramum*, *Wouerium*, & quem in Nouatorum greges inuitum ac repugnantem, ipſo quaſi capillo trahere conatur Pouelus Anglus, *Linacrum*. & ſi legere dignareris; noſtros etiam *Io. Bonifacium*, & *Expoſtulationis* ad HENRICVM IV. Regem Chriſtianiſſimum, *Apologeticæ* auctorem. Nam ego quidem ei diſciplinæ, detractis arrogantiæ temeritatiſque Grammaticorum quorundam vitiis; tantum in Mineruali meo tribui, quantum nobiliſſimi palatij primo tribui poteſt veſtibulo. Eademq; mea in Criticæ laudibus ſententia: vt bonorum ſanè criſin & catacriſin Iudicum effugere non poſſit Criticus Druſius, cum ſcripſit: *Libros, vbi opus eſt, poſſe corrigere & emendare Critica præſtat*: *Serario ea propter adeo inuiſa*. Nam mihi cur *inuiſa*? cur *ea propter*? Criticus & hypercriticus fuit Scaligeri pater: & tamen quod ab eo hiſce diebus de Critica tua prodierit effatum, audi. *Ven-*

R. 1. c. 2.

in Gr. Polym. præf. & c. 19.

Min. l. 1. c. 1.

Vuow. Polym. c. 16. 18. 19. Ian. Grut. præf. Lampad.

R. 2. c. 10.

in lib. de Poet.

præf. Iſag.

Digitized by Google

tiſiſſima, inquit, & futiliſſima omniũ, qui litteras tractant gracchulorum Criticorum natio: non ſolum liberalium artium, ſed etiam omnis ciuilitatis & humanitatis expers, nullum librum inſtituere poteſt, niſi eum à contumelia incipiat, & in contumelia terminet. Quamquam eundem
ſcr. 17. Scaligerum video, Critices Druſio, cuius ſe profeſſorem ſuprà venditauit; nihil omnino
Elen. p. 44. concedere. Scribit enim alibi: *Qui Critices ſenſum aliquem habent, Gorioniden ne nominant quidem.* At ſæpiſſimè in ſchedis ſuis complurib. eum nominat Druſius.

SCRVPVLVM XIX.

De Theologis Nouatoribus.

P. 1. c. 2. THEOLOGORVM alij Druſio *veri*, a-
p. 8. lij *falſi* Rectè. Veri, ait, ſunt, *qui ſcripturam vtcumque intelligunt, & eam ex mente Spiritus ſancti enarrare poſſunt.* Quid illud, *vtcumque?* Quid, *ex mente Spiritus ſancti?* Exponere videtur, dum ſubdit: *Nam qui ex commentariis tantum ſapiunt, neſcio an poſſint dici Theologi.* De falſis verò: *Non ſum,* ait, *neſcius, multos hodie Theologos dici, qui tantùm Catechiſtæ ſint. ſed ego de veris Theologis loquor.* Veſtri ergo in Friſia & Batauia Catechiſtæ, falſi Theologi? Non *vtcumque* ſaltem ſcripturam intelligunt? At Nouatorũ hactenus dogma fuit, ſcripturas eſſe faciles: vernaculâ etiam linguâ legendas & intelligendas ab omnibus,

etiam

etiam ſalſamentariis, Zytopœis, cauponib. alutariis, & cerdonibus. Omnes pronuper θεοδίδακτοι erant. quin & mulierculæ, atque ancillulæ: nunc ne Catechiſtæ quidem. Sed profectò, quos tu *Theologos reformatæ religionis* appellas, omnes Pſeudotheologi ſunt. quia non è Spiritus ſancti, qui Eccleſiam regit & gubernat, qui modeſtiam, charitatem, concordiamque animis inſerit: qui Dei domus aſſamenta, parteſq; inter ſe omnes; fundamentum cum parietibus, & hos cum tecto firmè coagmentat & concinnat; ſed è ſua ipſorum tumida, ſternace, ac effræni mẽte ad funeſtiſſima orbis Chriſtiani diſſidia, veterum S. Patrum contemptum, demiſſionis, obedientiæ virtutiſq; pænè omnis excidium; ſcripturas interpretari temerariè, arroganter, audacterq; audent. Ego verò & ipſorum, & omnium, qui ab iis noua iſta & impia docentur, priſca & pia dedocentur; miſereor. eorumq; præſertim, quibus illi ſalutis æternæ duces, Magiſtri & Doctores obtingunt, de quibus ipſe Druſius: *Ita ſunt tempora & ſtudia, in his præſertim locis. Nam quotuſquiſque eorum, qui ad ſacra aluntur, hæc leget? Vtinam vanus ſim. Hic teſtudinem pulſat: ille Muſicam diſcit: alius, ſi Deo placet; ſed reprimam me. Interea promouentur ad gubernacula Eccleſiarum indoctiſſimi quique.*

p. 8.

In fin. l. 3. q. El. p. 191.

SCRV-

SCRVPVLVM XX.

De Theologis Catholicis.

R.p.10. SANE *Serarius*, inquit Druſius, *licet Theologiæ Doctor ac Profeſſor ſit, facilius faceret intra vnum annum decem Doctores Theologos, quàm intra decem annos vnum Grammaticum.* Cum hæc Druſij verba legiſſent, partim qui eius libellum mihi Francofurto attulerunt, partim alij eam pænè in ſuſpicionem veniebant, vt vel Francofurti, vel in vicinia vſpiam, ſub Autumnalem elapſum Francofurtenſem mercatum, fuiſſe illum opinarentur. Acciderat enim forte, vt, ipſo exeunte Auguſto, in hac celebri Maguntiacenſi Academia, *Theologiæ Doctores decem* (quod ad ſui ſanctiſſimi nominis gloriam benè ac feliciter euenire iubeat Dominus) creauiſſem. Illi tamen haud potui aſſentire ſuſpicioni. Vulgo enim multitudinem aliquam iſto interdum ſignificamus numero. vt ſi de Druſio iſtud, quemadmodum & alia veriſſima, non credente, dicat quis vulgare illud: *Plura* R.p.35.47. *poteſt negare ſtultus vnus, quam decem probare ſapientes.* Quamquam ego non decem, ſed decuplos, adeoque Academicam ex nobiliſſimis, ampliſſimis, doctiſſimiſq; hominibus concionem, ciuitatemque pæne totam Doctorationis illius teſtē laudare poſſum. Nec verò Doctores eos, quia à me, quem ἀγράμ-ματον fateor ego, tu *ſtultum*, vt ante audiui- ſer.14. mus;

mus, vocas; creati ſunt; Grammaticæ ignaros putes. Non *ſolis fortes creantur fortibus*, nec ſola *bouis eſt in iuuencis, eſt & in equis patrum virtus*: ſed eſt & ſuus cuique vitalis vigor. quem, ſi illos forte laceſſieris; nimium quam experiere. Nondum equidem legi: extant attamen eorum *Doctoralia*, Hebræa, Græca, & Latina, quibus à me habita iungetur infrà forte *Oratio*. *Hor. l. 4. od. 4.*

SCRVPVLVM XXI.

De Genebrardo.

IN Genebrardo κακοήθως diuini peccant Grammatici. I. Druſius, dum ſe illum κακοήθη vocaſſe inficiatur; *falleris*, inquit, *& fallis. Non ſum vſus ibi voce κακοήθης*. At voce, quæ idem valet, vſus eſt. *Minimè* ſiquidem *ingenuum* vocauit. quod quàm à Cacoethea, ex loquendi vſu, nihil iam diſcrepet, videre in ſuo potuit Scaligero. Eundem verò doctiſſimum hominem *vulgo audire plagiarium*. probat Druſius. quia *id dixit clarus eruditione ac pietate vir An. Thyſius*. Sed ſponſor hic ſpõſore, vt Rabbini aiunt, eget alio. Quis enim *Thyſius*? Quod Nouatorum in Catholicos teſtimonium? quæ in Deum pietas? II. Scaliger verò de eodem, *Genebrardus*, inquit, *pecus maledicentiſſimum*. Et paulo poſt; *beſtia inſolentiſſima*. Non ſunt hæc extremæ prauitatis κακοηθεύματα? Et tamen κακοηθεστέρως adhuc

R. 1. c. 3. p. 12. *l. de Haſ. p. 33.* *El. p. 174.* *ſeu tit. c. 23. & ſeq.* *Iſag. p. 219.* *R. 1. c. 9.*

huc Druſius, *Puderet*, ait, *Serarium, ſi frontem haberet; hoc modo mentiri.* Puderet equidem, vereq́ue ex animo pœniteret, ſi vt vos, ô Grammatici, tam prauè maligneq́ non dico mentirer, ſed falſum, etiam inſcius, imprudenſq́; dicerem.

SCRVPVLVM XXI.

De Druſii cum Scaligero contra Serarium coniuratione.

CVR contra Druſium & Scaligerum ſimul ſcriberem, eoſdem vnà ferè copularem, cauſam in ipſorum contra me concordiam & coniurationem retuleram. At *Mind. 1. c. vl. R. 1. c. 4. p. 15.* Druſius: *Hæc omnia ipſa falſitate falſiora ſunt. Nulla inter nos coniuratio, nulla conſpiratio fuit.* Sed ipſe quid voluerim, quid ex ipſius, Scaligeriq́; verbis collegerim; non ægrè ferat referri. I. Notaui eos, poſt meum editum *Tribæreſium*, inter ſe de me collocutos. Druſius *R. p. 16.* fatetur & eius verba ſunt hæc: *Sermo inter nos fuit de Serario, cum ipſum* (Scaligerum) *officij causâ ſalutarem. Aderat comes Heynſius. Eo tempore primùm prodierat catalogus nundinarum Francofurtenſium, in quo titulus Tribæreſii. Inde occaſio ſermonis. Quærebat à me Scaliger: Quiſnam eſſet ille Serarius, & num hominem noſſem? Reſpondebam, me non noſſe niſi ex ſcriptis, quæ teſtarentur hominem multæ lectionis eſſe. Addebam,*

Ego vero egenus & pauper ſum. [illegible] Pſal. 69.

bam, me non noſſe doctiorem Ieſuitam, in linguis Orientalibus. Ita diſceſſum eſt. II. Notaui, de illis ipſis, quæ noſtræ diſputationis materia; ſectis inter eoſdem συζήτησιν & quæſtionem fuiſſe. *Scaliger mihi*, ait Druſius, *coràm confirmauit, ſe non dubitare, quin Haſidæus nomen ſit confraternitatis.* Notaui III. multo antequam prodirent, anno 1605. vtriuſque, contra *Tribæreſium* meum, libri longè iratiſſimi, habuiſſe ſuis in manibus Scaligeriana omnia Druſium. *Monendus es Lector*, ait ipſe, *de Scaligeri Elencho, quem deſcriptum nitidè à doctiſſimo, & linguarum peritiſſimo iuuene N. miſſum ad me accepi diu ante nundinas autumnales anni 1604.* Notaui IIII. lectum hunc à Druſio *Elenchum*, antequam ederetur, diligenter ac ſolicitè, mutuaſque interea, ſi præſentes nunquam fuerunt; inter eos de iis, quæ viſa; commeaſſe litteras. Nam non in *Elencho*, ſed in ſuo ipſius libro, *Elenchi* errata notauit Druſius: & quæ addi *Elencho* ſuo voluit Scaliger, ea non in eo, ſed in ſuo itidem libro idem addidit, cum hac monitione: *Hoc addi à me voluit autor Elenchi.* Et in poſteriore iſta ſua Reſponſione multo adhuc clariùs: *Scaliger cum in Elencho ſuo poſuiſſet duas coniecturas de Anagoganæis, monitus à me de voce Anagogana, quæ legitur in Biblijs Græcis, protinus mutauit ſententiam, & voluit, vt eam, quã verã eſſe nõ dubitabat,*

l. 1. de S. c. 4.

ad Lect. ante l. 1. de S.

ib.

Reſ. l. c. 15. p. 38.

bat,

bat, Elencho adderem. V. notaui operas; & quaſi penſa inter ipſos diuiſa. Dru-
El.praf. & p.134. ſio enim ita Scaliger: *Tuas partes tibi non praeripio. quae ad te ſpectant, tuum eſt illa curare. Tuus enim campus eſt.* Notaui *ſextò*, tam arctè ipſos inter ſe colligatos, vt nollet in lucem abſque altero prodire alter:ſed, brachiis veluti conſertis, in ſcenam vnâ exirent ambo. Nam de priore ſua Reſpon-
ad Lect. l.5. ſione ita Druſius: *Sine Elencho non erat emittenda. Ita voluit Scaliger.* Hæc igitur omnia, & alia quædam cum notaſſem, an non veriſſimè, iureque optimo à me ſcriptum, *diuinos Grammaticos in Tribæreſium meum dexteras quaſi copulatos, ex compacto ſcripſiſſe, coniuraſſe vnâ?* Quid Lectorum igitur candore toties abutitur Druſius? Cur toties me mendacij arguere cum ſtudet, ſeipſum (quod inuitus, dolenſque, licet fortè non credat; dico;) mendacij, calumniæ, ſycophantiæque propalam condemnat? Satis enim cognouit manifeſtè, me Catilinariam ipſis non attribuere coniurationem: in qua *bumani corporis ſanguinem vino permiſtum in*
Sal.in Cat. *patera circumlatum*, eiuſque deguſtatu atro-
R.2.c.3.p.54. & l.1.c.5. p.18. ciſſimorum ſancitam ſcelerum ſocietatem audiuimus. Obiicit tamen alicubi Druſius: *Si diſſenſio eſt inter Scaligerum & Druſium* (vt ſanè eſt multiplex) *quomodo alibi ſcribis, eos ſimul coniuraſſe, conſpiraſſe:* Reſpondeo, coniuraſſe & conſpiraſſe quidē in Trihæreſij mei

ſii mei exitium, ſed ita, vt ſuas tamen vterq; ſuo arbitratu partes ageret. neq; ſe ſuperbo ſuperbus in multis ſubmitteret. *Concurrere*, ait Dominus, *faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios.* *Iſa.19.2.* Conſonare quidem eadem in vrbe deberent horologia: ſed *inter ea* ſæpenumerò *parum*, vt olim à Seneca etiam notatum; *conuenit.* *In Ludo.*

SCRVPVLVM XXII.

De eorundem inconſtantia.

DRuſii Scaligeriq; inconſtantiam multis patefeci aliàs exemplis. *Trih.l.2.c.10.* Sed ita, vt oſtenderem eam, quæ in meliora prudenter fieret, mutationem haud culpandam. ideoque cum, quæ ad rem facerent nihil; dixiſſet plura Druſius, ad extremum tandem ait: *Hæc eſt extrema Ieſuitæ machina, quam non poſſum aliter refellere, quam fatendo id quod verum eſt.* *R.p.37.* Scaligerum verò quia in cæterâ tam multifariâ excuſare nõ poteſt inconſtantiâ, vnam, quam & ſuprà citaui, *de Anagoganæis* conatur in melius factam oſtendere. *Scr.21.* Sed in huius locum alia inconſtantiſſimæ mentis argumenta ſufficere quot licet? Premam tamen iam ſilentio *Cœleſtis fulmen & crotalum, Victoualeos,* aliaque id genus minus forte vtilia: ſed in quæſtione ab ipſo contra S. Epiphanium *de Sebuæis* arrogantiſſimè ſuſceptâ, & depugna- *Frag.p.25.* *Anim.168.* *Druſ.in Ruth. p.70.75.*

M tâ: to-

tâ: totiês item, quaſi de illo, abſque dubitatione vlla, triumpharet, ſpoliaque ampla referret; commemoratâ & inculcatâ, quàm in-
l.3.Min.c.6. ſtabilis, inconſtans, & mobilis? Dignetur veritatis amans Lector meã pro ſanctiſſimo Patre illo inſtitutam apologiolam conſulere: nouamque Scaligeri cum iis, quæ ibi allata,
Iſag.3.p.218. ſententiam committere. *Samaritæ*, inquit iam, *meritò à Iudæis Sebuæi, hoc eſt, hebdomaditæ dicuntur, quòd omnem διαλέγειν τῶν ἑπτὰ τῆς πεντηκοστῆς ἑβδομάδων eadem religione, qua ipſum πεντηκοστῆς diem colunt.* Et paulò pòſt: *Iudæi ita Samaritas per contumeliam vocabant, quòd non ſolum tot dies feſtos habent, quot ſunt δευτέραι in Pentecoſtes interuallo, ſed etiam quod aliunde initium capiunt τῆς πεντηκοστῆς, quàm vnde ipſi.* At in *Elencho* nuper, Orci quaſi galea tectus, pugnabat, *Sebuæos* eſſe, qui ſeptem anno quolibet pentecoſtas celebrarent. O chamæleontas! ô cothurnos!

SCRVPVLVM XXIIII.

De iis, quæ dixit, & dixiſſe negat Druſius.

Scr.17.20. SE vnquam dixiſſe, quæ tamen dixit, negat interdum Druſius. Monſtratum id iam ſuprà non ſemel. monſtrandum & nunc in tribus. 1. Scripſeram ego; *Iam fatetur Druſius apud Iudæos fuiſſe olim celebriores ſectas tres.*
E.2.c.2.p.45. De me verò ipſe; *Vafrè*, inquit, *adiecit iam: ac ſi prius hoc negaſſem. O vulpem.* At ego non propter

ꝓter hominis vaſritiem. *O vulpem* tantùm, ſed & propter incredibilem pænè impudentiam exclamare poſſem, O canem! Nam in lib. 1. *de ſectis*. c. 4. ſignatiſſima hæc eius verba ſunt: *Binarium ſectarum Iudaicarum iam eiuraui.* An ego in tuo iſto *iam* vel minimũ, Druſi, vulpinatus ſum? Annon tu planè ſcurraris, qui quod tuum eſt ſcelus, meum clamas? II. In eodem loco, *Non*, ait, *laudaui vllũ Chronicon.* At in tuo, *de Haſidæis* libello pag. 38. mecum, quiſquis volet, videre ipſiſſima hæc Druſii verba poterit: *Vide Chronicon regum templi ſecundi.* III. *Nuſquàm*, ait idem, *dixi, quod ſciam, Phariſæi ſeu egregij.* At ſua hæc recognoſcat: *Nouiter* ἐτυμολογίζει (D. Auguſtinus) *Phariſæos quaſi egregios.* Sed hanc fortaſſe reiecit ille ἐτυμολογίαν? Imò, *Caue*, inquit, *reiicias.* & Dauidem citat Camium dicentem, *etſi lim eſſe happeruſchim vehannicbadim, qui*, (ait Druſius) *Phariſæi, id eſt, eximii, vel ſelecti & honorati ſunt in Iſrael.* Qui eximij, annon & egregij? p. 8. p. 46. R. p. 56. l. de Haſ. 31.

SCRVPVLVM XXIV.

De Nouatorum & hæreticorum nomine.

AD ea, q̃ de *Nouatorũ* nomine, propter *veteratoriã* Scaligeri onomatotheſian, monui, duo ꝓpter Druſiũ nunc adiicienda. Vnũ eſt, cũ iis, quæ ibi à me ſcripta, cõſpirare M. 1. c. 7.

vide ibid. c. 6. laudatum à Nouatoribus ipſis VVolphium. Dum enim Ciceronis, aut Næuii potius illud *in Cat. p. 80.* explicat, *Oratores Noui, ſtulti adoleſcentuli;* Noui, ait, *intelligendi ſunt, non qui veteribus ſucceſſerunt. (Id enim longa ætate fieri neceſſe eſt) ſed nouandarum rerum cupidi, qui vetera Reip.* (Eccleſiæ) *inſtituta conuellunt. quo ſcilicet maior ipſorum ſit, ſiue licentia, ſiue auctoritas & ſapientiæ opinio* &c. Et poſtea: *Hoc adoleſcentibus in memoria perpetuò verſari debet, vt & oratores nouos, ſtultos adoleſcentulos ſuſpectos habeant (Noui autem intelligendi ſunt, qui veterum vt dixi, ſententias & inſtituta conuellere atque euertere ſtudent, ſeq́; nouos autores haberi cupiunt) & ne ipſi tales euadant, ſedulò caueant.* Alterum: ſcribit charactere diuerſo Druſ. & mea hæc *R.1.c.11.p.28.* ad ſe verba eſſe dicit: *Simpliciter ac rotundè es hæreticus. Cum hac de re tibi caput dediſſem, eius* *Sc. 17. n. 23.* *argumentis nihil reſpondes.* At multo meliore, quàm tu antea iure, poſſem, mea hæc eſſe verba iſto inter ſe connexa modo, negare. Quamuis enim ex meis abs te colligantur, & *Min. p. 63.* vera ſint, tã auſterè tamen haud locutus ſum. quin potius, ideo dixi me *Nouatorum* vti voce libentiùs, quòd (licet, *qui ab Eccleſiæ* Catholicæ caſtris transfugerunt, *ſi propriè, ſimpliciter ac rotundè loqui placeret, hæretici eſſent appellandi*) leniorem illam tamen ac ſuauiorem vocem mauelim. An non ita eſt? Hære- *Trih. l. 3. c. vlt.* ticum verò eſſe te pluribus aduici quidem argumentis, quibus vt eo, quo tuis (ſi quæ inter-

interdum, aliqua in re affers) reſpondeo, candore, ſemel tandem, monitus, rogatusq; toties, reſpondeas, obſecro. Nam reuera neque tibi, neque mortalium vlli falſam, minutiſſima etiam in re, inuſtam velim notam. At *pleriſq;*, inquis, *omnibus reſpondi.* Vbi, quæſo? Quo in libro? Qua in pagina? Nã, quod in extremo *ſectario* Tuo reſpõdes, vanũ prorſus & futile meo in *Minerali* monſtraui. Sed *vnũ*, inquis, *omiſi, quod valde ridiculum. Quoſcunq; Beza laudat, hæretici ſunt. At laudat Druſium. Ergo. At laudat quoque Budæum Gallum, & Caninium Hiſpanum. Ergo hæretici fuerunt.* Miror te non addidiſſe, S. *Paulum*, & CHRISTVM Dominum. Sed, mi homo, & eorum qui laudantur, tempora, & ipſe laudandi modus, & quæ alibi dicuntur, aliaque intuenda ſimilia. Hæc enim affectum, quo in laudatum ipſe fertur laudator, & laudationis causã, occaſionem, ac ſtimulum fere indicant. Næuiani Hectoris notum illud: *Lætus ſum, laudari à laudato viro.* Et è contrario Truculenti Plautinæ hoc: *Non placet, quem ſcurræ laudant, manipulares muſſitant.* Phauorinus verò, *turpius aiebat, exiguè atque frigidè laudari, quàm inſectanter & grauiter vituperari.* At quàm exiguè frigideque à Beza Budæus & Caninius laudati? Ille verò etiam, *in Iconibus*, ſicuti & *Franciſcus* Chriſtianiſſimus Francorum Rex, per laudationis ſpeciem, penè vitupe-

p.29. *Cic. l. 5. ep. 12. l. 15.* *6. Tuſc. 4* *Gel. l. 19. c. 8.* *T. I I.* *T. I V.*

rati, &, quia Caluiniani non erant, impietatis quodammodo accuſati.

SCRVP. XXV. vſq; ad XXXIII.

De Phariſæorum claſſibus, minutiisq́; aliis.

R.p.31. I. SEptem dixi Phariſæorum *claſſes.* Druſius ſeptem vult *genera.* Magna ſcilicet Criticoq́; digna cenſura. Nõ credit verò me vnde tranſſcripſi, tranſſcripſiſſe illa. Quid tum? Quæ magis neceſſaria ſunt, non credit alia: ſuoq́; alios metitur pede.

II. Magnum quaſi abſurdum inferebat alias, ſi *Ieſuitarum ſecta* diceretur. At hoc nomen bonam in partem ſumi ſæpiſſimè, an in *Tribæreſio* & *Mineruali* non planiſſimè oſtenſum? Nunc & ipſemet Peripateticorum familiam, *ſectam* dicit: & magnæ dignitatis ac facundiæ Vir, cum de Ieſuitis narrat, *D. Thuanus*; *In Claramontana*, inquit, *ſchola Lutetia, ludum aperiunt: cui magnam celebritatem pleriq́; viri docti, qui ſe illi ſectæ addixerant, conciliauerunt; & inprimis Ioan. Maldonatus Luſitanus, vir philoſophicis ſtudijs, & Theologiæ ſcientiâ clariſsimus*: Maldonatus inquam, quem tot & tam ſycophanticis proſcidit conuiciis Scaliger: cum quo inimicè ſectam eandem apud eundem ſcriptorem paulò poſt, inſectantur Molinæus, & Steph. Paſchaſius. Sed videatur Galenicorum *de hæreſibus* ſeu ſectis, & *Quæ hæreſeon* ſeu ſectarum *optima*; librorũ Index

l.1.c.2. l.3.c.9.

Hiſt. l.36.p. 246.

in Elen.

p.114.

Index, & lex *Generaliter.ff. de decurionibus*, ibidemq́; Godefridus, Tertul. ad Scapulam ſæpius, Origenes homil. 24. in Matthæum.

III. Meum de Græcis Ioſephi libris, qui quidem vel modo extarent, vel Patrum memoriâ extitiſſent; ſenſum expoſui. Druſ. autem: *Bella*, inquit, *expoſitio. Quis non peluim poſcat hæc legens*? Nemo certe, nemo, niſi, aliam forte ob cauſam, vomituriat, & ad importunam Nouatoris huius bilem nauſeet. Nonne tua ipſe verba, me nihil repugnante, interpretaris identidem? Et nonne tua hæc verba? *Hoc volui. Quisq́; eſt interpres ſua mentis.* Certè in Hebræo vrbis Romæ Chronico non Hebræos, ſed Græcos ſcripſiſſe dicitur, & prout iam extant, Latinos. *R. p. 50.* *R. 50. 60. 61.* *ſ. 81. Baſ. ed.*

IV. Exempli causâ dixerā, *Rabbi Druſius & R. Scaliger.* quaſi Druſ. & Scal. propria forent nomina. Sed Criticus, quaſi exemplorum præſtanda eſſet veritas; acclamat, familiarū iſthæc eſſe nomina: deq́; *notiſſimâ familiâ* ſua narrat. ſed ita vt neſciā, ſitne ſuā hanc orationē fratri vt vocat, ſuo probaturus, q̄ Scaligerianā familiā nominet, neq; ipsâ tamē vocet *illuſtriſſimam*. Sed vidit forte Druſius in Francofurtenſi Catalogo eruditiſſimi CLq; Viri D. *Sciopij* promiſſum *de hypobolimæo Scaligero* Commentarium, de quo poſtea. *R. p. 72.* *R. 18.*

V. A me dictum, *kadeſch, kadeſcha, & kidoſch* ab eadē Hebraica oriri radice. *Niſi haberes*, ait Druſ. *frontem meretriciam, nunquam hæc* *R. 81.*

ita excuſaſſes. At fieri ſæpiſſime, vt plura, quorum diuerſiſſima ſignificatio; vna eademque progerminet Hebræa radix, Hebræi docent *Medakdekim*, & *Babele haruch* vti notat etiam Methurgemanicus Prologus.

c.4. VI. Eſt in Pirke Auoth quædam *Ribbi Iudæ* ſententia, quàm meo accommodatè inſtituto ſic extuli: *Error doctrinæ gignit arrogantiam*. Corrigit Criticus, *Imo aſcendit in arrogantiam, hoc eſt eô, vt habeatur pro ſuperbia & arrogantia*. Sed quid meus ab hoc ſenſu di-

Mi. 2. 1 6. uertit ſenſus? Multo in Fagium, tantis alioquin ab iſta Grammaticorum biga euectum laudibus, plagoſior meus hic eſſe debet Orbilius. Nam non tantum quam ego, ſed & quam ipſe Druſius; longè ſententiam illam tranſtulit aliter. dum ait: *Error, qui in Thalmud committitur, reputatur pro temeritate ſeu præſumptione*. Sed quis non obſtupeſcat Lector, ſi quam in me culpat verſionem Druſius, eandem prorſus ab ipſomet alibi traditam videat? Eſt verò, & quidem ſemel, ac iterum tradita. Nam in Adagiorum Hebraicorum *decuria* XII. hoc adagium facit decimũ: *Error doctrinæ arrogantiã gignit*. & cum Hebraica eadẽ, quæ in citato *Pirke* loco ſunt, verba poſuiſſet, eandem denuo ponit tralationem. Magna balioſæ materiæ in ipſo eſſe vis debet, quæ ipſum ſibi os adeo facit obtundere, ipſoſque pænè oculos effodere. Nõ

in Piſ. ſanè inanis aut falſa Tullii ea vox, quæ dicit:

Sua

Sua quemq; fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat.

VII. Ex gnomes alterius mente dixeram: *Omnis, qui aduerſus Magiſtrum ſuum contendit, is aduerſus Deum ipſum contendit.* Sed quaſi verbatim pæneq; ſyllabatim vertere oporteat omnia, vertendum contendit; *Qui contendit cum præceptore ſuo, ac ſi contenderet cum diuinitate.* Pergit verò: *Sed quis contendit cum præceptore ſuo? Ingrati diſcipuli, qualis eſt Serarius.* At meos omnes, & qui diem ſuum obierunt, & qui etiamnum viuunt; è quibus qui alphabetum ipſum me docuit ſuperſtes vnus; colui, coloq; adhuc, & obſeruo pro virili. Et vobis, quia in Præceptorum meorum vos intrudere numerum voluiſtis, cuiuſmodi potuit deberi, *Minerual* ſtatim dedi: doq; minutiſſima, quæ deeſſe putaſtis, *ſcrupula.* Et ſi quid adhuc deſit, id, ſi non ego; repræſentabunt pro me, quibus mea curæ fuerit paupertas. R.p.96.

VIII. De Eſſæorum ſacramento nouitiorum aut præſidum, quia nonnihil anceps es; moneo ſolum hoc; quam ab iteratione verbi texis ratiunculam, pluma eſſe leuiorem. R.p.105.

IX. De Sadducæorum citaram ex Hebræa rerum, quæ templi ſecundi tempore acciderunt, narratione verba hæc: *Zoth hatethah thechillath hatthtſedukim, id eſt, hoc fuit initium Sadducæorum, Quam*, ait Druſius, *editionem habeat*, (Serarius) *neſcio. Non enim indicat,* Min.l.a.12.p.188. R.p.47.

vt ſolet. Ideo fides eius mihi ſuſpecta. Nulla quidem neceſſitas eſt indicandi ſemper editionem, quam quis habeat: imò nec paginas, aut capita. quia tamen ad lectoris, qui quæ dicuntur, examinare velit; adiumentum, rectè iſta notari ſolent, teſtis mihi ea in re diligẽtiæ, ipſa hæc Druſij accuſatio, quæ ſemel tantum id à me vel properante, vel nõ aduertente prætermiſſum indicat. Explorata verò certaq; in alijs tã multis fides, ſi oculus Druſio dexter eſſet; omnem merito ſuſpicionem profligare hic debuit. Sed Nouatorib. *nec ara*, vt aiunt, *nec fides*. quæ in multo maioribus ĩam ijs pridem omnis decollauit. Meæ autem tuendæ, ac ab inani vindicandæ Druſiana ſuſpicione cauſa, ſciat mihi *Seder holam* vtrumq; *Rabba* & *Zuta*, *Cabbalã Haſidai*, *Chronicon templi ſecundi breuiculum, alterumq́; longius* Hebræum eſſe, quod editum Baſileæ in Ambroſij Frobenij domo: & verba citata legi folio 56.b.

SCRVPVL. XXXIV.

De ridiculis, falſisq́; nonnullis quæ Serario aſcribit Druſius.

R.61. RIdeo, ait Druſius, *rideo, quæ ſcribis de Ocmol, Ocmod, Baal & Sabbeth.* Scin' quid
Vbi. ad Dom. audiat ἀχρειόγελως? Et verò *à ſtultitia* librum tuum orſus es. Quod vos *Grammatici diuini* facitis, dicitis, cõiicitis, ſomniatis, id verò totum admirabile, ac diuinum eſt, aliorum verò

rò facta,ſcripta,inuentaq; omnia tipulæ,nugę,ſcindapſoleroraphię merę ſunt.Et ſi quid noſtris in ſcriptis litteratum ac eruditum, id nobis fungis & caudicib. vnde niſi à vobis? Nam quæ in *Tribæreſio* ſuperioribus illis adiunxi, quia eruditionis videntur habere aliquid, eaq; vellicarę aliter haud potes, abs te vel didiciſſe vel ſuffuratum me iactitas. Sic enim mihi loqueris: *Ad hæc, quæ ibi cõmemoras, non ſunt tuæ interpretationes, aut originationes: ſed meæ, quas notaui olim, ante annos XXIV. in commentario ad voces Ebraicas noui fœderis.* At Commentarium hunc tuum nunquam ad hodiernam vſq; horam,nęq; hic, neq; alibi, neq; in libris,quos habet Collegiũ hoc,neq; in alijs,quos aliunde vel vtendos vel parumper videndos accepi; legere, aut ſtrictim ſaltem,atq; per tranſennam, vt aiunt, aſpicere potui.Sed veſtrum eſt, gloriolam, quo iure, qua iniuria,vndiq; aucupari, veſtræque tam arroganti ac elatæ naturæ palpũ ſemper obtrudere. Mirũ, ni,quæ *de apodiaſmo* annis ab hoc aliquot edidi, me ſuis ex Euſebianis Animaduerſionib.quas vltimus extruſit Francof.mercatus;harpagaſſe glorietur Scaliger. p. 61.

II. *Audite Catholici.* ait Druſius, *quid Serarius ſentiat de Lutheranis & Caluinianis:* eſſe ſcilicet ipſos Phariſæos tales,qualis Paulus fuit nõ cũ Iudaiſmo adhuc teneretur,ſed cũ *Chriſti* Apoſtolus iam erat.Perinuitus facio vt vlla in dicẽdo acerbitate vtar.ſed ea Nouatorum R. 6.

in nugando, irridendo, mentiendo, & calumniando audacia & impudentia eſt, vt hæc etiamſi modeſtè, ſimpliciter ac nudè proponatur, videri tamen imperitioribus oratio poſſit acerbior. Doleo: vellemque ſecus. ſed quid agam? Rem, quam iam ago, vide mi lector: & poſtmodum de Druſio, quod libebit, iudica. Lib.ſ.p.43. Scripſerat ipſe S. Paulum, quia *fuit ſegregatus in euangelium, Phariſæum fortaſſis fuiſſe*. Hanc vt eius opinionem minuerem, his contra eum verbis, ab abſurdo, argumentatus ſum: Min.4.c.2. 141. *Iſtò modo multi adhuc eſſent Phariſæi: ſed omnium maximè (ſi quidem ijs de ſeipſis credatur) Nouatores Lutherus, Caluinus, Prædicantes, Miniſtriq́ Lutherani & Caluiniani omnes.* L.p.61.62. Druſius verò mea hæc verba citat, ſed ea fraude ac dolo, vt parentheſin, à qua omnis eius calumnia & inſolens ad Catholicos exclamatio depellitur; detrahat penitus, & omittat. Quid rei hoc, bone lector? Quo nequitia & impudentia hæc nomine, qua infamia, pœnaq; afficienda? Sed in Patribus & Scripturis audet ſimilia non pauca Nouatorum genius. Si ab ijs in viridi ligno illa fiunt, cur & in me arido ac putri non?

III. Dixeram à Cicerone, ſummo loquendi Magiſtro, concedi quandam in certis pronunciandis vocibus libertatem. Sicque concludebam, liberum nobis eſſe, vt vel *Aſidæus*, vel *Haſidæus*, vel *Chaſidæus* pronunciemus. Hinc infert Druſius, à me dici, *Tullium peritiam*

am habuiſſe ſermonis Hebraici. Quid iſta lepidius conſequentia? Nimirum, ſi loquendi aut viuẽdi generales quaſdam à Cicerone, Quintiliano, Ariſtotele, Platone, Seneca, ſimilibus applicemus Hebraicis, Perſicis, Parthicis, Indicisq; aut dictionibus, aut moribus, ideo ſtatim, auctore quidem Druſio, dixerimus Ciceronem, Quintilianum, Ariſtotelem, Platonem, Senecam, aliosque ſimiles linguæ peritos Hebraicæ, Perſicæ, Parthicæ, Indicæ. An non Gelaſino digna hæc? Et tamen in his ita ſibi pulcher hic placet ſimius, vt in ſuo quoq; inſculpſerit Indice: *Tullius peritiam habet ſermonis Ebraici.*

SCRVPVLVM XXXV.

De nouatis ipſius Chaſid *& aliorum in Bibliaco textu, vel interpretationibus, vel pronunciationibus.*

HAſid, inquit Druſius, *melius redditur benignus, ſi vera quæ* R. *Dauid de hac voce notauit.* Et addit poſtea; *Adieci conditionem hanc, ſi verum quod* R. *Dauid annotat de hac voce.* Sed quid ſi non verum? Quid ſi, vt ſuperiore libro patuit, à Rabbino iſto Bibliorum noſtra non effingenda verſio? Quid ſi verum, quod ille ait, detur: neq; tamen adhuc ſequatur, melius in Biblijs pro *chaſid* poni *benignum*, quam alia quæ ſuam ibi hactenus ſtationem te-

R. 2. c. 13. th. & ſ. *p. 84.* *c. vii.*

tenuere vocabula? Et ſane hoc ita eſt. Nam & ipſa per ſe nouitas in ſacro Bibliorum textu odioſa, vt alias dixi, ac periculoſa eſt: & priſci Latinorum Grammatici aliud quid *benigni* voce ſignificari oſtendunt, quam Hebræâ *chaſid* ſignificari velit Camius. *Benignus* enim illis dici videtur vel qui *bonum gignit*, vel qui *bonis & dignis largitur*. At verò iuſtus bonuſque vir quilibet *bonum gignit*: & Deus ipſe *chaſid* non eſſet, qui nobis nequaquam *bonis* & *dignis* bonorum tantum dat; *ſuumque ſuper bonos & malos oriri ſolem facit*. Attamen adeo Grammaticè nolo agere. concedo eum qui *benignus* eſt, poſſe interdum *chaſid* vocari: ſed hoc improbo, voces, quibus *chaſid*, in ſacroſancto Codice olim tranſlatus, tã leuiter, inepteq; à Nouatorib. eliminari, nouaſq;, ob vnius neſcio cuius, quem legerũt, & fortè minus etiam expenderunt, Rabbinuli auctoritatem; vel certè ob leuem aliquam è ſimili alio turbido hauſtam lacu ratiunculam; ilicò ſubſtituere, omniaq; ſuo arbitratu interpolare. Accipiamus, qui & in minimis eſt, & omnium penultimus, fereque notiſſimus eſt, pſalmum CIL. in quo hæc aliquoties *chaſid* vox. Legit & cecinit eum hactenus Eccleſia ſic: *Cantate Domino, canticum nouum: Laus eius in Eccleſia ſanctorum:* At Nouatores: *Cantate Iehouæ canticum nouum: laudem eius in congregatione eorum quos benignè accipit*. Rurſus Eccleſia: *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubi-*

Feſtus alii. Rom. 5. Matt. 5. v. 1. Iu. Trem.

cubilibus ſuis: Nouatores: *Geſtiant benigne acce- pti præ gloria, cantent in cubilibus ſuis*, Eccleſia: *Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius*. Nouatores: *Ad exercendum in eos ius ſcriptum, quod decus eſt omnibus ijs, quos benigne accipit.* Tam inſulſam putidamque nouitatem, cuius aures non reſpuunt? Ipſemet qui nouę huius benignitatis tam benignus encomiaſtes, priſcæ verò ſanctitatis tam Rabbinicus oſor & criminator Druſius, inuectam à Nouatoribus ſuis, in *Iehoua* vocabulo, nouitatem ferendam haud putat: adeo vt cōtra eam libellum, qui, ꝙ in quadam ad Heydelbergenſem Toſſanum reſpondi epiſtola, confirmat, ſcripſerit, & ſuos illos nomenclet *Iehouiſtas*. Et Nouatorum Tribunus pæneq; Imperator ſummus in ſimili voce alia quid Scaliger? Certè *Nabuchodonoſor* in ſacris hactenus fuit Biblijs. At nouus pro eo, à Iudæis Rabbinis, per Lutherum, Caluinum, Geneuenſes, aliosq; omnes horum aſſectatores intruſus *Nebucadnetſar* vel *Nebucadnetzer*. Sed contra eos omnes ipſe, vt cœperam dicere, Scaliger: *Nabuchodonoſorum male*, inquit, *Nebuchadnetzer Maſoritæ vocant, & multi hodie ἑβραΐζοντες multum ſe in Hebraiſmo profeciſſe putant, ſi ita potius, quam quemodo omnis vetuſtas eum vocauit, appellent*. Veriſſimè dictū. quod & ad *chaſid* & ad huiuſcemodi ſexcēta, in quib. *vt latis equa trima cāpis, Ludunt exultim* Nouatores, trāsferri poteſt optimè: ac nominatim

v. 9.

in epiſt. D. Iuſti Baron.

l. 3. Iſag. p. 311.

natim ad *Neziraos* & *Naziraos*. Licet enim Iudicum c. XIII. 5. in 70. legatur *ναζὶρ* & in Ioſepho libro 19. c. 5. (Hunc enim pro eo ꝙ è 70. malè Iud. c. 16. v. 17. citauit Druſius; do auctorem) non ideo tamen ab S. Euangeliſtis & Patribus nominati *Nazarai* & *Nazoraei* ac *Nazarani* vſq; adeo Nouatoribus fugiendi.

SCRVPVLVM XXXVI.

De chaſid *iterum, populoque terræ.*

IVdæorum illud, *Populus terræ non eſt haſid*, R. a. 14. p. 81. ſi per illum cum Druſio intelligantur *plebeij*, dicebam videri falſum, afferebamq; plebeios, qui *cheſidim* fuiſſent, *Lazarum* mendicum, *Nathanaelem*, *Annam* anum, viduam longè ſanctiſſimam. Nunc ſeipſum conatur explicare Druſius. *Plebeios*, inquit, *homines voco vulgus indoctum & imperitum*. At ego multos etiam indoctos & imperitos, *cheſidim* fuiſſe ac eſſe opinor. *Lazarum* mendicum doctum, peritumq; fuiſſe num aſſeuerarit Druſius? num *Annam* viduam? Et citatus paulo ante Pſalmus 149. nihilne ad *indoctos* & *imperitos* pertinet? Nulla idiotæ omnes pars *Eccleſiæ ſanctorum* ſeu *cheſidim*? nulla ipſis *exultatio*, *gloria* nulla? Sed ſi veſtras antepoſitas interpretationes *chaſid* nouas amplecteremur, auderesne Druſi affirmare, indoctos & imperi-

periтos nullos eſſe *benignos?* vel nullos eſſe, *quos benigne accipiat Deus?* Parua hæc in Friſiæ Batauæque terræ populum benignitas, niſi fortè, vbi, qui *ad ſacras aluntur* functiones, *quique ad Eccleſiarum* admouentur *guberna-cula*, & *catechiſtas* agunt; *indoctiſſimi ſunt*, ibi Laici, tabernarij, cetarij, piſcatores, & vacci-mulgi docti, peritique habendi. Sed addit Druſius: *Apti ſaltem eſſe debent ad legem diſcen-dam*. At qui non omnino infans aut amens, quis non aptus? Certè omnis, qui ad riden-dum aptus, idem & ad diſcendum aptus. Et multos ad ſordidiores artes opificiaque de-iecit aut generis, fortunæque tenuitas, aut voluntas, & quidam veluti caſus ac fors, qui ad liberaliſſima ſtudia ingenio ac iudicio fu-iſſent longe aptiſſimi. Aliquem verò apud Hebræos, vti dixeram, vocari *chaſid meod*, mi-ratur, tectèque inficiatur Druſius: *Vbi hoc*, in-quit, *aiunt* Hebræi? *Nam nihil tale vnquam le-gi apud Ebræos*. Putabam Rabbinos, quibus Nouatorum meorum paginæ turgent pænè omnes; & illum præſertim quo gloriantur ipſi maximè; Zacuthum ita Druſio lectita-tum ac peruolutatum, vt huius eum ne ſylla-ba quidem fugeret. At in eo, ab initio certè non procul, ita ſcriptum. *Et Eſdras fuit chaſid meod*. Quod verò *chaſid* poſſe *iuſtum* etiam ſi-gnificare probaram, id verò non concoquit: ſed vbi me, pro ſua benignitate, *merum ſyco-phantam* vocauit, oſtendit aut latiùs patere

Dr. in fine l. 3. q. El. Reſp. l. 1. c. 2.

R. p. 86.

p. 16.

p. 15.

Mi. 5. c. 15.

p. 90.

N *iuſtum*

iuſtum quam *chaſid*, quod & ipſe aſſerueram, aut conſiderari quandoq; *iuſtitiam* vt diſtinctam ab *ſanctitate* & *pietate*. Quæ quis negat? ſed hoc volo, quiſquis verè *chaſid*, ſeu *ſanctus* ac *pius* eſt, eum etiam *iuſtum* eſſe: ideoque
p.106. Druſianum hoc falſum dogma eſſe: *Haſid nunquam iuſtum ſignificat: Sed vel ſanctum vel benignum.* Nam ſi generatim *iuſtitia* ſumatur, certè virtus omnis iuſtitia eſt. Si ſpeciatim, eas omnes, quæ ad alium pertinent, eiq; ius quoddam ſuum tribuunt; virtutes eadem complectitur, minimùm vt *partes*, quæ à
D. Th. 2.2.q. 80. & alibi. Mi.5.c.15. Theologis *potentiales* appellantur. Sicque ipſa etiam *eleemoſyna* vocatur, vt dixi aliàs, nec diffitetur Druſius; *tſedakah*. quam qui
c.5. dat, alioſque dare cupit, is *chaſid* in *Pirke Auoth* pronunciatur. Quod verò pro Ciceroniana, de qua ſupra dixi, libertate, ſcribam *Aſidæos, Haſidæos, Chaſidæos*, nunquam *Aſidæos*, ad nouitatem ſpectare, idem vult Druſius. Sed fruſtra. cauſamque dedi aliàs. nunc
R.p.87. in Mach. tantum dico, ſcribi hodie à quibuſdam *cauſſam* & *Paullum*. Sed quod vnâ poſſum efficere litterâ, non libenter efficio duabus.

SCRVPVL. XXXVII.

De diſputationibus.

R.49. RAro, ait Druſius, *docti diſputationibus interſunt.* quaſi diceret, *Raro boni milites prælijs interſunt: raros habuere Ariſtoteles, Plato,*

So-

Socrates dialogos. At ſanè ſummam diſputationum vtilitatem bene inſtitutæ Academiæ clamãt omnes. quæ illas quàm creberrimas ſanxere: celeberrimas optauere: ad eaſque aliquo etiam emolumento, & vel pecunia, vel honore, doctos quam frequentiſſimos inuitauere. Languent ac frigent ſtudia, quæ non accendit doctorum hominum vel præſentia vel diatriba. & quemadmodum in eloquentia comparanda *caput* eſſe ait Tullius, *quamplurimũ ſcribere*: ita in philoſophia Theologiaq; perdiſcenda *caput* omnino, inter humana quidem ſubſidia, eſt *quamplurimũ diſputare.* Rudia, ſecuriu[illegible] ictib. adamuſſim finguntur ac poliuntur ligna: malleolorum cælorumq; pulſibus ferrum & ſaxa: ſic & ingenia ijs, quæ in erudita & ſubtili vigere ſolent diſputatione; impreſſionibus ac petitionibus. E ſilicum colliſu extunditur ſcintilla; è doctorum congreſſu veritas. *Contra omnia*, inquit Cicero, *diſputatur à noſtris, quòd hoc ipſum probabile elucere non poſſit, niſi ex vtraque parte cauſarum facta eſſet collatio.* Ad felicem in legis ſtudio progreſſum commendatur ab Hebræis *Haddikduk cheberim*, & *happilpul haththalmidim*, id eſt, *exercitatio ſodalium, & perſcrutatio diſputatioq; diſcipulorum.* Illi è doctis latebricolæ, qui, aliâ nulla occupatione vel cauſa maiore abſtenti; diſputationum puluerem, ſolemq; fugitant, ij ſæpenumero docti minus, & iracundi magis, ſibiq; Pirk. c. 6.

in ſuis ipſorum inuentis ac ſtudijs plus æquo placentes notantur. De *Wolphio id* Lutherano memini audire, vel certè in ipſomet legere. refertque rem de alio eandem, qui Luthero à poculis & medicamentis fuit, *Manlius*. Non libenter ſolus iter faciebat R. *Chenanias F. Hacinai*. Quæ autem modeſtia, quiſue animorum ardor in diſputationibus adhiberi, & quemadmodum alacritas timiditasq; debeat coniugari; docet in oratione quadam Nazianzenus.

To.3. Lo.p.536
Pirke, c.3.
Orat. 26.

SCRVPVL. XXXVIII.

De Iudaicis mendicis.

El. p. 207.

DVo de Iudæorum mendicis aſſeuerarat Scaliger. 1. *Veros Iudæos olim non mendicaſſe, 2. neque hodie mendicare.* In priore illo ipſi repugnaui. obiecique cum alia, tum *Lazarum* mendicum. Druſius verò, qui in aliis tam multis, adeoque pænè in omnibus illum deſtituit, ei modo hac in re patrocinari cupit. Sed variè. Nam 1. explicat ipſa Scaligeri verba hoc modo. *Veri Iudæi, hoc eſt, legis obſeruatores* (non mendicabāt, hoc eſt) *non patiebantur quenquam pauperem eſſe.* An non lepida hæc explicatio? an non egregiè defenſus Scaliger? Sanè contra ſuam ipſius mentem. Nam neque hunc in ſenſum loquitur: neq;, ſi loqueretur, Grammatica ſatis, nedum eligans eius eſſet dictio. Quis enim mendicare illum

Luc. 16.
R. p. 107. ſ.

illum dicit, qui alium ſinit mendicare? An mendicabat diues epulo? An Principes ac Reges, qui mendicos ferũt, mendicant? Imò falſa etiam eiuſdem foret oratio. Nam *legis obſeruatores* aliqui ſemper fuere, vt Zacharias, Eliſabeth, Simeon, Nathanael, ſimiles: & tamen pauperem eſſe aliquem patiebantur, 2. Scaligeri ſententiam à ſe ita explicatam confirmare nititur Druſius illis ſcripturæ verbis, *Non erit in te pauper*. Sic enim vertit, quod in textu noſtro eſt: Deut. 15. 4. *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos. Textus Ebræus*, inquit, *habet ebion, quæ vox potius inopem ſonat.* Notat ſanè R. Dauid Pomarius decem in ſcripturis pauperum nomina: in Rabbinorũ verò ſcriptis tantum ſeptem. è quibus vnum hoc. At in ſentẽtia nihil videtur diſcriminis. ideoq; ait ipſemet Druſius; *leuem* eſſe hãc vocabulorum diſtinctionem. ſi tamen aliquod eſſet diſcrimen, hoc profectò eſſet, nõ modo nullos in Iudaico populo futuros *mendicos*: ſed ne *inopes* quidem & *pauperes*. 3. Quia verò vidit ex eodem capite ſibi ſtatim aliam obijci poſſe ſententiam, quæ ait: *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ*, ſeu vt ipſe mauult vertere, *Nõ deerit pauper è medio terræ*; conatur haſce duas, quæ pugnare alicui fortè videantur; cõcordes mõſtrare ſentẽtias. idq; bifariam 1. *Quum lex de pauperib. lata obſeruaretur, nulli erant pauperes in Iudæa. Nam ideo lata ne vlli eſſent in ea gẽte: Fere ſemper neglecta fuit*

in Tſamaach Dauid.

v. 11.

p. 108.

Matt. 26. 11. *ideo ſemper pauperes fuerunt*. Hinc infert: *Cum nulli pauperes eſſent, nemo mēdicabat. Neq; ſequitur: Pauperes erant. Ergo mendicabant.* Sed ſicuti hoc non ſequitur: ita multo minus; *Semper in Iudæa gente pauperes fuerunt. Ergo mendici nulli.* II. In Indice. Nam (q; notandum ſemel) adeo κακότεχνος Druſius eſt, vt nullũ pænè libellũ edat, quin ei ſcholia, & appendices, & notas, & in ipſis etiam Indicib. notulas, aliasq; tam in principio, q̃ in fine lacinias perimportunè aſſuat: & eius mēs percipi, vt poſſit, in omnia oculos, maximo cũ tædio & moleſtia cõuertere neceſſum. Illic igitur: *Locus*, ait, *ille, Non erit pauper inter vos, hāc ſententiam cõtinet, Si erũt pauperes, vt ſemper erãt, à vobis iuuãdi ſunt, & eorũ paupertas veſtra benignitate ſubleuãda.* Verũ ex hac etiam explicatione Scaligero Iudaicos exturbanti mēdicos, opis nihil, vt perſpicuũ. At id nũc tantum ago, vt num rectè nouum illius de hiſce mendicis commentum defendatur, explorem: nõ vt accuratè ſcripturas i-
1. T. ſtas exponam Alioquin & Nouatorũ aliam loci huius verſionem, deq; ipſo ſentẽtiam, & paupertatis, mendicitatiſq; cauſas, quas citatus antea Pomarius recenſet tres, aliaq; affinia perſequi oporteret. 4. Narrat de mēdicis Belgis, in Anglia, cum eo *propter conſcientiam* (Sic hæreſin ſuam vocare ſolent) quondam ꝓfugiſſent, liberaliter adiutis: itemq; de Patre ſuo, quemadmodum ſimiliter plenus illuc egreſſus, domũ redierit vacuus *qui*, inqt,

Sic apud S. Epiphan. hæreſ. 69. Arius.

aliȷs

alijs dando, ſuos fecit pauperes. An quia, ſecundũ tuam Scaligeri tui explicationem, *verus Iudæus* non erat, *hoc eſt legis obſeruator*, qui ſuos eſſe paſſus eſt pauperes? Si Belgicæ *terræ populus*, per te, *chaſid* eſſe poſſet, aut legem obſeruaret fierẽt hi ſtatim ex Iris Croeſi. 5. *His*, ait, *relictis, conuertam me ad Serarium, obnixe ab eo rogans, vt mihi enarret verba hæc Dauidis, Adoleſcens fui, & ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, & ſemen eius quærens panem. Quæ ſi vera, veri Iudæi non mendicabant. Veri, hoc eſt, iuſti, & ſemen eorum.* Ps. 36.
Erat nõ ita pridem, Heydelberga non ꝓcul, Iuuenis & Catholicus & eruditus. Ei cũ Caluinianis ſermo erat, qui, vt moris; cũ ſcripturas neſcio quas efflarent, eaſq; vt ipſis viſum, interpretarentur; affuit forte mendicus. Huic autem, neque alij vlli quidquam dandum, quin potius mendicabula omnia male à Magiſtratu mulctanda dixit ille iuuenis. Quid, inquiunt illi, hoc? Maiorem Papiſtarum in mendicantes benignitatem exiſtimabamus. Sed iuuenis, Nulla, inquit, eſſe debet benignitas: quia ij, ſcelerati omnes, ſceleratorumq; filij. Scriptum enim: *Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtũ derelictũ, nec ſemen eius quærens panem.* Illi, etſi viderent iſto modo ſuam ſcripturas explicandi temeritatẽ inſcitiamq; coargui; obſtupuerũt: neq; ꝗ reſponderent, gry aut my habuerũt. Quomodo a. Dauidis ver-verba hæc rectè capienda, doceat te Druſi, quem abs te *cũ laude* (& meritò) *citari* ais; Bel- Ps. 36.

larmin⁹. 6. de *Lazaro* ea dicit, quę paulo poſt audiemus. 7. Patrocinium hoc ſuum ſentiens perinfirmum, rem reo ipſi Scaligero totam committit. *De his*, ait, *fortaſſe neruoſius, aliquando Scaliger, cuius eſt: Veri Iudæi non mendicabant. Nuſpiam enim hoc à me dictum, aut ſcriptum.*

SCRVPVL. XXXIX.

De mendici Lazari, apud S. Lucam, hiſtoria.

c.16. R p.110. QVia Scaligeriano de Iudaicis mendicis delirio mendicum è S. Luca *Lazarum* obieceram, *Hiſtoria*, inquit Druſius, *Lazari mendici non eſt vera hiſtoria, ſed parabola. Ex parabola nihil probari poteſt.* Imò, cum à reb perſpicuis, vulgoq; notis duci parabolæ ſoleant, ſi nihil aliud, hoc certè probari poteſt, res à quib. ducuntur, eſſe: ideoq; apud Iudæos fuiſſe diuites ac mendicos. Sed nũ iſta de Lazaro, diuiteq; aſoto ac ſplendido, CHRISTI Dn. narratio, *parabola* vel *hiſtoria* ducenda ſit, triplices video ſententias. Prima *parabolam*, Tomo 4. par. 3. tract. 20. inquit. 2. *hiſtoriam*, tertia *partim hiſtoriam, partim parabolã*, vti clarè noſter explicat Salmero. Ac poſteriores duæ vnum id affirmant, ꝙ Druſij aſſeuerationem nulla cũ ratione, nullaue cum auctoritate, quæ afferri tamen ab alio potuit non nulla; aſſeueratam euertit: mihiq; ſemper ad veritatem viſum ꝓpenſi⁹.

Nam

Nam 1. Cum parabolas tam multas propo- *Matth. 13. 20.*
ſuerit Dominus, in nulla factum videmus *22.* *Mar. 4.*
vnquam, vt hominis vllius proprium appo- *Luc. 8. 13.*
ſitum ſit nomen. At hic *Lazari* nomen, non
ſemel tantum, ſed ter quateruę audimus. A-
libi. *Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem.* *Luc. 10.*
Homo quidam fecit cœnam magnam. Homo qui- *11.*
dam habuit duos filios. Homo quidam erat diues, *15.*
qui habebat villicum. Iudex quidam erat in qua- *16.*
dam ciuitate. Duo homines aſcendebant in tem- *18.*
plum. Homo plantauit vineam. Et in hiſtoriis *20.*
quidem proprii huiuſce nominis reticentia,
certas ob cauſas, interdum eſt; quoties tamē
effertur, toties hiſtorici ſermonis ac ſtyli
character & nota certiſſima eſt: vt cum dici-
tur: *Erat quidam languens Lazarus à Bethania.* *Io. 11.*
Erat homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine,
prorſus vt hic; *Erat quidam mendicus nomine* *Luc. 16. 20.*
Lazarus. Et hoc proprii argumentum nomi-
nis aduerſus eos etiam valere cenſet, Catho-
lica ſententia, qui librum *Iob*, non hiſtoricū, *Pineda. in Iob. præf. c. 1.*
ſed parabolicum auſi ſunt ſcribere. *In parabo-*
la, inquit S. Chryſoſtomus, *dicenda nomina nō* *homil. de diui-*
ſunt. Parabolæ illæ ſunt, vbi ponitur exemplum, & *te. to. 2.*
tacentur nomina. Quod ſi verò *Moyſes* & *Abra-*
ham in eodem de Lazaro ſermone ab hiſtoriâ
veriſſimâ ſunt, quidni & ipſum *Lazari* no-
men? *Vbi*, ait idem S. Chryſoſtomus: *dicitur* *ibid.*
Abraham, & Propheta, & Lazarus, & Moyſes,
hic verus Lazarus. Si verus eſt Abraham, verus eſt
Lazarus. Neque enim vmbra corpori, & menda-

cium poteſt congruere veritati. Quid, ait Tertullianus, *illic Lazari nomen, ſi non in veritate res eſt?* 2. Nō deſunt etiam, qui, quod modeſtiæ ſanctitatisq; Magiſter, ne illi, aut illius familiæ labis quidquam aſpergeret, tacitum voluit; diuitis nomen *ex Hebræorum traditione* proferant, illumq; *Nineuſin* vocēt. Et verò in *Zohare* videtur Lazari huius noſtri ab illius auctore Rabbino injici mentio. 3. Veram hanc eſſe hiſtoriam oſtendunt è veteribus quamplurimi, [a] S. Irinæus, [b] Tertullianus, [c] Origenes, [d] D. Hilarius, [e] D. Ambroſius, [f] D. Hieronymus, [g] D. Chryſoſtomus, [h] D. Auguſtinus, [i] D. Gregorius, [k] Euthymius, alij. 4. Sed quid, quod & ij, quibus, quàm Patribus, plus, qui ab Eccleſia ſeſe abiunxerunt, ſolent tribuere ita ſentiunt? *Etſi*, ait [l] Caluinus, *viſum aliquibus eſſe ſimpliciter parabolam, quia tamen Lazari nomen expreſſum eſt, puto potius rei quæ acciderit, eſſe narrationem.* Et huic ferè ſubſcribunt Beza, Iunius, Tremellius, alij. Quid Druſium ergo, vt ab his ire diuerſus vellet, impulit? Ipſane, quem, vt ſupra vidimus; Grammaticū Grammaticus ad nauſeam citat; Eraſmi auctoritas? An aliqua potius ratiuncula? Videtur hanc ſignificare. Subdit enim. *Alioqui ſequeretur animas defunctorum, linguam habere, & quidem corpoream, cuius ardor ex igne infernali, frigidâ reſtringi poſſet.* Sed 5. nihil ratiuncula hæc aut ignem illum reſtinguit, aut Lazaricæ hiſtoriæ veritatem

l. de reſ. car.

apud Euthymium. in Luc. 16.

pag. 61. 65. 260.

a *l. 2. c. 62. l. 4. c. 4.*
b *l. de reſurr. l. de anima.*
c *hom. 9. in Ezech.*
d *in Pſ. 122.*
e *in Luc. 16.*
f *ad Marcellam de ex. Læta. & ad Paulam de obitu Bleſ.*
g *hom. de diu. ho. 6. in 2. Corin. hom de Iob & de illo. Pſ. 25. Redime me.*
h *l. 21. Ciu. c. 10. & ep. 99. ad Euod.*
i *hom. 40. l. 1. Mor. c. 5. & 6. l. 4. Mor. c. 33.*
k *loc. cit.*
l *in Harm. Gall. Lugd. anno 63. p. 259.*

tem labefacit. Nam futuri ſæculi res obſcuræ ac ſpiritales verbis ſenſuum mentiumq; noſtrarũ infirmitati accõmodatis poni ante oculos conſueuere. ita vt corporatis defuncti diuitis membris, aquæq; guttulis nihil ſignificetur aliud quã animarũ nunc apud inferos cruciatus maximus, qui & corpora tandem ipſa verè olim depaſcetur ac lacerabit. *Quanquam*, ait citatus antea è Nouatorũ primipilis Caluinus, *hiſtoriã recitat* CHRISTVS, *deſcribit tamen res ſpirituales ſub figuris, quas ſcit conuenientes noſtris ſenſibus.* ſimiliterq; in Bezæ, aliorumq; Notationibus Iunius. Annon ipſi Deo ſæpiſſimè in veris hiſtoricisq; precũ narrationib. *aures, manus, humanasq; actiones* varias tribuit ſcriptura? Non euertunt hiſtoricæ narrationis baſin, plures etiam ad ſpiritalia & arcana efferenda metaphoræ. quarũ congeriẽ tertia, è tribus antea poſitis, ſententia vocat *parabolã*. Druſius verò, quaſi totum iam Lazarum abligurijſſet, eumq; non ex Abrahæ ſinu ſolum, ſed & è tota rerum natura exturbaſſet; *Apage*, inquit, *Theologiam, quæ hoc docet, aut defendit!* Egregium videlicet Grammatici iecur: qui nihil cum probet, quaſi pithananças tamen meras adhiberet: ita ſuperciliosè, pæneq; baſilicè clamat, *Apage.* Harm.p.581.

SCRVPVLVM XL.

De Hebræorum abſq; punctis lectione.

Siue

R.p.96. SIne punctis, ait Druſius, *legere paucis hodie conceſſum*. In his paucis, qui vt D. Auguſtinus aiebat, *è multis*, & vt ſequēti dicetur ſcrupulo, *in turba* ſum; ſi non ſim, quid mirum? D.Aug.l.6. cont. Iul.c.8. Scripſit non ita pridem Lutheranus Elias Hutterus, *è mille Prædicantibus ne vnum quidē eſſe, qui* etiam punctatiſſima, *poſſit Hebræa legere*, nedum abſque punctis. Ebell. de tranſ. Si tamen *in paucis* illis me ponerem, non ea certè Druſii cōiecturis vis ac robur, vt me illinc extruderēt. p.97. Eæ ſiquidem vel è typographicis mendis, vel è litterarum pronunciationis diuerſitate, vel denique è rei alicuius innuendę causâ, quam vel non videt, vel videre nō vult, qui Grammaticos videre putat omnia; ducuntur omnes. quibus nec eos, quos Hebrææ cenſet linguæ callentiſſimos; probarit poſſe abſque punctorū natare cortice. Nam à Fagio quoties legitur *Iaecob*? Pirck.c.3.&4. Anim.213. Iſag.251. App. de ſect. p.285. A Scaligero nonne ſcribitur *Sibera*? Quid *Sota* & *Suta*? Ab ipſomet Druſio nonne *ilmedenu*, & *Ielammedenu* ex iiſdem legitur litteris? Inter *Xerxem* verò, & *Aſſuerum*, *Hiſpal* & *Seuil*, *Memed* & *Muhammedum* diſcriminis quantum ſit, cernit etiam qui lippus. Et tamen ex iiſdem litteris hæc naſcuntur omnia. Iſag.317. *Nomina*, inquit Scaliger, *propria exterarum gentium alienis apicibus additis ita transformantur, vt ab ipſis gentibus agnoſci non poſſint.*

SCRV-

SCRVPVLVM XLI.

De Druſiano Scaligeri encomio.

IN Scaligeri ſui laudes plectrum capit Druſius,& de ipſo, Muſis concinentibus ac ſaltantibus omnibus,canit. *a.p.110.*

—— Iam monte potitus,
Ridet anhelantem dura ad faſtigia turbam:

& in hac Ieſuitam Serarium: cuius Minerual,ne dignatus quidem fuit ſemel legere, vt ipſe ad me ſcripſit. Ferè ſatius,ab Druſio illaudatũ q̃ laudatũ eſſe. Nam in iſto Scaligeri ſui encomio duo nõ parua illius aperit vlcera. Vnũ, *ſuperbiam.* qui quòd quaſi omniũ eminentiſſimus in ſummo doctrinæ litterarumq́; omnium vertice ſedeat, & quaſi, vt de ſuo quodam Rabbino ait R.Abraham Leuita, *mons montium* ſit; omnes pone ſe habeat,contemnat omnes,ac rideat. Niſi enim magna hominis eſſet ſuperbia,nimiumque geſtiens ac inanis è ſui ipſius admiratione lætitia, non vtique laborantes, ad faſtigiumque annitentes & anhelantes irrideret:ſed eorum miſereretur, eos ſolaretur: cohortaretur,excitaret,adiuuaret:imitatus vetulum illum magnorum virorum litteris deprædicatũ mulum, qui ſarcinarum pondere, omnique laboris neceſſitate liberatus, & ob priſtinam diligentiam, ætatemque grauiorem, ſumptu altus publico, *in Cabb.* *Plutarch lib. de ind.anim.*

DVo ad extremum Serario comminatur Druſius. Vnum, ſe deinceps haud reſponſurum. *Nam ego*, ait, *mihi perpetuum ſilentium indixi*. Suadeo id quidem: & vt Rabbini aiunt, אבריך. Alterum; fore, *vt reſpondeat pro ſe puer aliquis. Quod*, ait, *iam factum eſſet, ſi ego voluiſſem.* Apud Nouatores non *Goliathi* tantùm, ſed & ipſorum armigeri ac pueri ciere ſciunt prælia: Nullus apud eos *Iether* eſt: *Gedeones* omnes. Operis in S. Matthæum imperfecti Auctor: *Et pulli*, ait, *ſerpentium, ſtaturâ breuiores, veneno æquales ſunt: & catuli luporum adhuc teneri conſtituti, etſi venationem exercere non poſſunt, iam tamen ſanguine gaudent, & morſibus ludunt.*

R. 91. — ibid. — 1. Reg. 17. — Iud. 8. 20. — hom. 42.

Horat. l. 4. od. 4.

Qualem miniſtrum fulminis alitem,
Olim iuuentas, & patrius vigor
Nido laborum propulit inſcium.
—— mox in ouilia
Demiſit hoſtem viuidus impetus:

Qualis, & qui in eodem carmine, additur *iam lacte depulſus leo*: talis, & tam terribilis ac ferox, Druſianus erit puer. Sed quis putas puer iſte erit? Quis, qui pro feſſo, languido, enerui, elinguiq; Druſio, in arenam ſeſe impudentulus, audaculus, loquaculus dabit? An eorum, qui ab ipſo quòd *Muſicam diſcant, teſtudinem pulſent*, alia, quæ tacenda; faciant; vel aliorum, qui laudati, aliquis? An eorum, quos ab Hebræo ſtudio & cognitione commendat idem; quiſpiam? At ipſe illos labor, hos

Qu. Ebr. p. 191. 192.

in fin. q. Eb. ante princ. l. de ſet.

hos ſuus forte pudor, & triſte, recentius adhuc, Douſæ iunioris exemplum abſterrebit. qui de vana, quæ ad maledicè mendaciterq; ſcribendum, eius linguam ſtilumq; acuerat; gloria, verum alioquin effuderat diſtichon: *Itin.p.62.*

Mentibus hic teneris gliſcit præpoſterus ardor:
Et cæcos iuuenes in ſcelus omne rapit.

An potius igitur *Druſius iunior*, puer hic futurus? Nam in me iam verſiculos patris ſui libro appegit, in quibus à lupo, vel cane nihil degenerat catulus. Nam vt *à ſtultitia* librum ſuum auſpicatus pater, ſic & ſuos verſiculos filius: & vt ſuos ille ſannis, conuiciis, contumeliis grauidauit libellos: ſic ſuos iſte verſiculos. Me *ſtultum* vocat, *lutum*, *ſuem*, *aſinum*, quid non? Tam nauiter patriſſat hic filius. *ſup.14.* Sed, ſi moleſtum non eſt; vnum à me adhuc accipere verbulum dignetur pater. Quiſquis ipſius puerorum prodierit, is vel aliquid afferet, vel nihil. *Si aliquid*; puer in ſcena quidẽ ſtabit: ſed ità vt poſt ſiparium lateant Druſii & Scaligeri, illecq; horum dictata ſolummodo referat: præſertim cum in hiſce controuerſiis obſcura nõ pauca, quorum aliqua initio neſcierit: aliqua ne nunc quidem ſciat: nonnulla de quibus à Scaligero diſſentiat; inſint: prout fatetur ipſemet. *Resp.p.36.37. 38.47.* Si *nihil*; puer quidem auctor cenſebitur: ſed ita, vt in eorum parentes ac magiſtros conferatur culpa, quòd licentiæ pueris ſuis tantum cõcedant, vt, pro puerili ſtultitia & leuitate, quidquid

Matt.26.11. *ideo ſemper pauperes fuerunt*. Hinc infert: *Cum nulli pauperes eſſent, nemo mēdicabat*. Neq; ſequitur: *Pauperes erant. Ergo mendicabant*. Sed ſicuti hoc non ſequitur: ita multo minus; *Semper in Iudæa gente pauperes fuerunt. Ergo mendici nulli*. II. In Indice. Nam (q; notandum ſemel) adeo κακότεχνος Druſius eſt, vt nullū pænè libellū edat; quin ei ſcholia, & appendices, & notas, & in ipſis etiam Indicib. notulas, aliasq; tam in principio, q̃ in fine lacinias perimportunè aſſuat: & eius mēs percipi, vt poſſit, in omnia oculos, maximo cū tædio & moleſtia cōuertere neceſſum. Illic igitur: *Locus*, ait, *ille, Non erit pauper inter vos, hāc ſententiam cōtinet, S erūt pauperes, vt ſemper erāt, à vobis iuuādi ſunt, & eorū paupertas veſtra benignitate ſubleuāda*. Verū ex hac etiam explicatione Scaligero Iudaicos exturbanti mēdicos, opis nihil, vt perſpicuū. At id nūc tantum ago; vt num rectè nouum illius de hiſce mendicis commentum defendatur, explorem: nō vt accuratè ſcripturas i-

1.T. ſtas exponam Alioquin & Nouatorū aliam loci huius verſionem, deq; ipſo ſentētiam, & paupertatis, mendicitatiſq; cauſas, quas citatus antea Pomarius recenſet tres, aliaq; affinia perſequi oporteret. 4. Narrat de mēdicis

Sic apud S. Epiphan. hæreſ. 69. Arius. Belgis, in Anglia, cum eo *propter conſc entiam* (Sic hæreſin ſuam vocare ſolent) quondam ꝓfugiſſent, liberaliter adiutis: itemq; de Patre ſuo, quemadmodum ſimiliter plenus illuc egreſſus, domū redierit vacuus *qui*, inqt,

alijs

alijs dando, ſuos fecit pauperes. An quia, ſecundũ tuam Scaligeri tui explicationem, *verus Iudæus* non erat, *hoc eſt legis obſeruator*, qui ſuos eſſe paſſus eſt pauperes? Si Belgicæ *terræ populus*, per te, *chaſid* eſſe poſſet, aut legem obſeruaret fierẽt hi ſtatim ex Iris Croeſi. 5. *His*, ait, *relictis, conuertam me ad Serarium, obnixe ab eo rogans, vt mihi enarret verba hæc Dauidis, Adoleſcens fui, & ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, & ſemen eius quærens panem. Quæ ſi vera, veri Iudæi non mendicabant. Veri, hoc eſt, iuſti, & ſemen eorum.* Ps.36.

Erat nõ ita pridem, Heydelberga non ꝓcul, Iuuenis & Catholicus & eruditus. Ei cũ Caluinianis ſermo erat, qui, vt moris; cũ ſcripturas neſcio quas efflarent, eaſq; vt ipſis viſum, interpretarentur; affuit forte mendicus. Huic autem, neque alij vlli quidquam dandum, quin potius mendicabula omnia male à Magiſtratu mulctanda dixit ille iuuenis. Quid, inquiunt illi, hoc? Maiorem Papiſtarum in mendicantes benignitatem exiſtimabamus. Sed iuuenis, Nulla, inquit, eſſe debet benignitas: quia ij, ſcelerati omnes, ſceleratorumq; filij. Scriptum enim: *Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtũ derelictũ, nec ſemen eius quærens panem.* Illi, etſi viderent iſto modo ſuam ſcripturas explicandi temeritatẽ inſcitiamq; coargui; obſtupuerũt: neq; ꝗ reſponderent, gry aut my habuerũt. Quomodo a. Dauidis ververba hæc rectè capienda, doceat te Druſi, quem abs te *cũ laude* (& meritò) *citari* ais; Bel- Ps.36.

larmin⁹. 6. de *Lazaro* ea dicit, quę paulo poſt audiemus. 7. Patrocinium hoc ſuum ſentiens perinfirmum, rem reo ipſi Scaligero totam committit. *De his*, ait, *fortaſſe neruoſius, aliquando Scaliger, cuius eſt: Veri Iudæi non mendicabant. Nuſpiam enim hoc à me dictum, aut ſcriptum.*

SCRVPVL. XXXIX.

De mendici Lazari, apud S. Lucam, hiſtoria.

c.16. R p.110. QVia Scaligeriano de Iudaicis mendicis delirio mendicum è S. Luca *Lazarum* obieceram, *Hiſtoria*, inquit Druſius, *Lazari mendici non eſt vera hiſtoria, ſed parabola. Ex parabola nihil probari poteſt.* Imò, cum à reb. perſpicuis, vulgoq; notis duci parabolæ ſoleant, ſi nihil aliud, hoc certè probari poteſt, res à quib. ducuntur, eſſe: ideoq; apud Iudæos fuiſſe diuites ac mendicos. Sed nũ iſta de Lazaro, diuiteq; aſoto ac ſplendido, CHRISTI Dn. narratio, *parabola* vel *hiſtoria* ducenda ſit, triplices video ſententias. Prima *parabolam*, Tomo 4. par. 3. tract. 20. inquit. 2. *hiſtoriam*, tertia *partim hiſtoriam, partim parabolã*, vti clarè noſter explicat Salmero. Ac poſteriores duæ vnum id affirmant, quod Druſij aſſeuerationem nulla cũ ratione, nullaue cum auctoritate, quæ afferri tamen ab alio potuit non nulla; aſſeueratam euertit: mihiq; ſemper ad veritatem viſum ꝓpenſi⁹.

Nam

Nam 1. Cum parabolas tam multas propo- *Matth.* 13. 20.
ſuerit Dominus, in nulla factum videmus 22.
vnquam, vt hominis vllius proprium appo- *Mar.* 4.
ſitum ſit nomen. At hic *Lazari* nomen, non *Luc.* 8. 11.
ſemel tantum, ſed ter quaterue audimus. A-
libi. *Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem.* *Luc.* 10.
Homo quidam fecit cœnam magnam. Homo qui- 14.
dam habuit duos filios. Homo quidam erat diues, 15.
qui habebat villicum. Iudex quidam erat in qua- 16.
dam ciuitate. Duo homines aſcendebant in tem- 18.
plum. Homo plantauit vineam. Et in hiſtoriis 20.
quidem proprii huiuſce nominis reticentia,
certas ob cauſas, interdum eſt; quoties tamẽ
effertur, toties hiſtorici ſermonis ac ſtyli
character & nota certiſſima eſt: vt cum dici-
tur: *Erat quidam languens Lazarus à Bethania.* *Io.* 11.
Erat homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine,
prorſus vt hic: *Erat quidam mendicus nomine* *Luc.* 16. 20.
Lazarus. Et hoc proprii argumentum nomi-
nis aduerſus eos etiam valere cenſet, Catho-
lica ſententia, qui librum *Iob*, non hiſtoricũ, *Pineda. in Iob. præf. c.* 1.
ſed parabolicum auſi ſunt ſcribere. *In parabo-*
la, inquit S. Chryſoſtomus, *dicenda nomina nõ* *homil. de diuite. to.* 2.
ſunt. Parabola illa ſunt, vbi ponitur exemplum, &
tacentur nomina. Quod ſi verò *Moyſes* & *Abra-*
ham in eodem de Lazaro ſermone ab hiſtoriâ
veriſſimâ ſunt, quidni & ipſum *Lazari* no-
men? *Vbi*, ait idem S. Chryſoſtomus: *dicitur* *ibid.*
Abraham, & Propheta, & Lazarus, & Moyſes,
hic verus Lazarus. Si verus eſt Abraham, verus eſt
Lazarus. Neque enim vmbra corpori, & menda-

l. de reſ. car. *cium poteſt congruere veritati. Quid,* ait Tertullianus, *illic Lazari nomen, ſi non in veritate res eſt?* 2. Nō deſunt etiam, qui, quod modeſtiæ ſanctitatisq; Magiſter, ne illi, aut illius familiæ labis quidquam aſpergeret, tacitum voluit; diuitis nomen *ex Hebræorum traditione* proferant, illumq; *Nineuſin* vocēt. Et verò in *Zohare* videtur Lazari huius noſtri ab illius auctore Rabbino injici mentio. 3. Veram hanc eſſe hiſtoriam oſtendunt è veteribus quamplurimi, [a] S. Irinæus, [b] Tertullianus, [c] Origenes, [d] D. Hilarius, [e] D. Ambroſius, [f] D. Hieronymus, [g] D. Chryſoſtomus, [h] D. Auguſtinus, [i] D. Gregorius, [k] Euthymius, alij. 4. Sed quid, quod & ij, quibus, quàm Patribus, plus, qui ab Eccleſia ſeſe abiunxerunt, ſolent tribuere ita ſentiunt? *Etſi,* ait [l] Caluinus, *viſum aliquibus eſſe ſimpliciter parabolam, quia tamen Lazari nomen expreſſum eſt, puto potius rei quæ acciderit, eſſe narrationem.* Et huic ferè ſubſcribunt Beza, Iunius, Tremellius, alij. Quid Druſium ergo, vt ab his ire diuerſus vellet, impulit? Ipſane, quem, vt ſupra vidimus; Grammaticū Grammaticus ad nauſeam citat; Eraſmi auctoritas? An aliqua potius ratiuncula? Videtur hanc ſignificare. Subdit enim. *Alioqui ſequeretur animas defunctorum; linguam habere, & quidem corpoream, cuius ardor ex igne infernali, frigidâ reſtringi poſſet.* Sed 5. nihil ratiuncula hæc aut ignem illum reſtinguit, aut Lazaricæ hiſtoriæ veritatem

apud Euthymium. in Luc. 16.

pag. 61. 65. 260.

a *l. 2. c. 62. l. 4. c. 4.*
b *l. de reſurr. l. de anima.*
c *hom. 9. in Ezech.*
d *in Pſ. 122.*
e *in Luc. 16.*
f *ad Marcellam de ex. Laetæ. & ad Paulam de obitu Bleſ.*
g *hom. de diu. ho. 6. in 2. Corin. hom de Iob & de illo. Pſ. 25. Redime me.*
h *l. 21. Ciu. c. 10. & ep. 99. ad Euod.*
i *hom. 40. l. 1. Mor. c. 5. & 6. l. 4. Mor. c. 33.*
k *loc. cit.*
l *in Harm. Gall. Lugd. anno 63. p. 259.*

tem labefacit. Nam futuri ſæculi res obſcuræ ac ſpiritales verbis ſenſuum mentiumq́; noſtrarū infirmitati accōmodatis poni ante oculos conſueuere. ita vt corporatis defuncti diuitis membris, aquæq́; guttulis nihil ſignificetur aliud quā animarū nunc apud inferos cruciatus maximus, qui & corpora tandem ipſa verè olim depaſcetur ac lacerabit. *Quanquam*, ait citatus antea è Nouatorū primipilis Caluinus, *hiſtoriā recitat* CHRISTVS, *deſcribit tamen res ſpirituales ſub figuris, quas ſcit conuenientes noſtris ſenſibus.* ſimiliterq́; in Bezæ, aliorumq́; Notationibus Iunius. Annon ipſi Deo ſæpiſſimè in veris hiſtoricisq́; precū narrationib. *aures, manus, humanaq́; actiones* varias tribuit ſcriptura? Non euertunt hiſtoricæ narrationis baſin, plures etiam ad ſpiritalia & arcana efferenda metaphoræ. quarū congeriē tertia, è tribus antea poſitis, ſententia vocat *parabolā.* Druſius verò, quaſi totum iam Lazarum abligurijſſet, eumq́; non ex Abrahæ ſinu ſolum, ſed & è tota rerum natura exturbaſſet; *Apage*, inquit, *Theologiam, quæ hoc docet, aut defendit*! Egregium videlicet Grammatici iecur: qui nihil cum probet, quaſi pithananças tamen meras adhiberet: ita ſuperciliosè, pæneq́; baſilicè clamat, *apage.* Harm.p.561.

SCRVPVLVM XL.

De Hebræorum abſq́; punctis lectione.

Sine

R.p.96. SIne punctis, ait Druſius, *legere paucis hodie conceſſum*. In his paucis, qui vt D. Auguſtinus aiebat, *è multis*, & vt ſequēti dicetur ſcrupulo, *in turba* ſum; ſi non ſim, quid mirum? Scripſit non ita pridem Lutheranus Elias Hutterus, *è mille Prædicantibus ne vnum quidē eſſe, qui* etiam punctatiſſima, *poßit Hebræa legere*, nedum abſque punctis. Si tamen *in paucis* illis me ponerem, non ea certè Druſii cōiecturis vis ac robur, vt me illinc extruderēt.

D. Aug. l. 6. cont. Iul. c. 8.

Ebell. de tranſ.

p. 97. Eæ ſiquidem vel è typographicis mendis, vel è litterarum pronunciationis diuerſitate, vel denique è rei alicuius innuendę causâ, quam vel non videt, vel videre nō vult, qui Grammaticos videre putat omnia; ducuntur omnes. quibus nec eos, quos Hebrææ cenſet linguæ callentiſſimos, probarit poſſe abſque punctorū natare cortice. Nam à Fagio quoties legitur *Iaecob*? A Scaligero nonne ſcribitur *Sibera*? Quid *Sota* & *Suta*? Ab ipſomet Druſio nonne *ilmedenu*, & *Ielammedenu* ex iiſdem legitur litteris? Inter *Xerxem* verò, & *Aſſuerum*, *Hiſpal* & *Seuil*, *Memed* & *Muhammedum* diſcriminis quantum ſit, cernit etiam qui lippus. Et tamen ex iiſdem litteris hæc naſcuntur omnia. *Nomina*, inquit Scaliger, *propria exterarum gentium alienis apicibus additis ita transformantur, vt ab ipſis gentibus agnoſci non poßint.*

Pirck. c. 3. & 4. Anim. 213. Iſag. 251. App. de ſect. p. 285.

Iſag. 317.

SCRV-

SCRVPVLVM XLI.

De Druſiano Scaligeri encomio.

IN Scaligeri ſui laudes plectrum capit Druſius,& de ipſo, Muſis concinentibus ac ſaltantibus omnibus,canit. *R.p.110.*

——Iam monte potitus,

Ridet anhelantem dura adfaſtigia turbam:

& in hac Ieſuitam Serarium: cuius Minerual,ne dignatus quidem fuit ſemel legere, vt ipſe ad me ſcripſit. Ferè ſatius,ab Druſio illaudatū q̃ laudatū eſſe. Nam in iſto Scaligeri ſui encomio duo nō parua illius aperit vlcera. Vnū, *ſuperbiam.* qui quòd quaſi omniū eminentiſſimus in ſummo doctrinæ litterarumq; omnium vertice ſedeat, & quaſi, vt de ſuo quodam Rabbino ait R. Abraham Leuita, *mons montium* ſit; omnes pone ſe habeat, contemnat omnes,ac rideat. Niſi enim magna hominis eſſet ſuperbia,nimiumque geſtiens ac inanis è ſui ipſius admiratione lætitia, non vtique laborantes, ad faſtigiumque annitentes & anhelantes irrideret:ſed eorum miſereretur, eos ſolaretur: cohortaretur,excitaret,adiutaret:imitatus vetulum illum magnorum virorum litteris deprædicatū mulum, qui ſarcinarum pondere, omnique laboris neceſſitate liberatus, & ob priſtinam diligentiam, ætatemque grauiorem, ſumptu altus publi- *in Cabb.* *Plutarch lib. de ind. anim.*

co,

co,aliis tamen immenſis ad arcem Athenienſem onera ferentibus adeſſe ſemper, ac præire geſtiebat. Eſt & tumoris,faſtusq; non mediocris indicium. quòd ne dignatus quidem ſit aſpicere, an per ſuum fortaſſis *Blenchum* meliora didiciſſet, quem docere voluit:an verò aliquid etiam,cuius moneretur ipſe,ſcribenti excidiſſet. Hoc enim humanũ. & hominem ſi ſe duceret, abs ſe humani alienum putaret nihil. & ſæpè plus ex ijs,qui aduerſantur nonnihil,quàm ex ijs, qui adulantur ſemper,vtilitatis capi ſolet. Alterum verò in eodem à Druſio indicatum vlcus, *inconſtantia* eſt. Scripſerat in *Elenchi* ſuo Prologo: *Certum eſt, quoties claßicum canent, me calumnias non dißimulaturum*. Et poſtea: *Imperaui mihi illis reſpondere, & ab hoc homine* (Serario) *incipere*. At quomodo,an *calumnias* habeat *Minerual* aliquas, norit, niſi legerit? Quomodo *ſibi reſpõdere imperauit*, ſi ad quod reſpondere vult,ne legere quidem dignetur? Quomodo *ab hoc incipiet homine*, ſi in eodem ipſo ſtatim deſinit? Laudo quidem ipſum, quòd cum ad plurima & clariſſima, quæ obiecta ſunt, reſpondendo non ſit; prudenter taceat. *Non enim*, vt ait S. Auguſtinus, *hoc eſt, reſpondere, quod eſt non tacere*. ſed illud non laudo, quòd tanto cum ſupercilio ac faſtu ſe ſcribat, *non dignari legere*. Miraretur hoc,& omnino ipſum non legiſſe *Minerual* crederet, qui hominis iſtius ignarus eſſet conſuetudinis.

l 2. cont. Gaud. c. 1.

tudinis. Cum enim aliquid eſt, cui ſe reſpondendo videt imparem, in hanc ſe ille ilicò abdit latebram: ſimpliciq́ue os lectori ſublinit, dicens, *ſe aut omnino legere dedignatum, aut certè totum.* Sic *Roberto* cuidam, homini docto & acri reſpondiſſe dicitur. (Nam neq; illum, neque *Iuonem*, cuius nomen ac laruam pro ſcuto ſibi ſumpſerat Scaliger; conſpicere hactenus potui.) Sic & nuper *de Lydyato* Anglo, ad cuius tamen lectionem auidiſſimum ſe ſcribit acceſſiſſe, *Totum*, ait, *librum vt perlegerem, nunquam mihi imperare potui.* quia nimirum ab ipſo perſtrictus, & in Chronologia erratorum nonnullorum erat vel conuictus, vel incuſatus. *Iſag. praef.*

Infanti melimela dato, fatuasq́; mariſcas. *Mart. l. 7. ep. 22.*

Niſi enim ſaccarum, mel, mulſum, meraſque placentas ei des, reſpuet, nec edere aut bibere dignabitur. At has aliaſque maiores huius laudes ore decantabit pleniore, qui nuper promiſſus, iam verò, magna ex parte, vt intelligo, abſolutus; Clariſſimi, doctiſſimique Viri *D. Scioppij* liber, qui *Hypobolimaeus Scaliger* inſcribitur. Scioppii.

SCRVPVLVM XLII.

De terribili, quem Serario minatur Druſius, puero.

Duo

DVo ad extremum Serario comminatur Druſius. Vnum, ſe deinceps haud
R. 91. reſponſurum. *Nam ego*, ait, *mihi perpetuum ſilentium indixi*. Suadeo id quidem: & vt Rab-
Ibid. bini aiunt, אביך. Alterum; fore, *vt reſpondeat pro ſe puer aliquis. Quod*, ait, *iam factum*
1.Reg.17. *eſſet, ſi ego voluiſſem.* Apud Nouatores non *Goliathi* tantùm, ſed & ipſorum armigeri ac
Iud.8.20. pueri ciere ſciunt prælia: Nullus apud eos *Iether* eſt: *Gedeones* omnes. Operis in S.Mat-
hom.42. thæum imperfecti Auctor: *Et pulli*, ait, *ſerpentium, ſtaturâ breuiores, veneno æquales ſunt: & catuli luporum adhuc teneri conſtituti, etſi venationem exercere non poſſunt, iam tamen ſanguine gaudent, & morſibus ludunt.*

Horat.l.4. od.4.

Qualem miniſtrum fulminis alitem,
Olim iuuentas, & patrius vigor
Nido laborum propulit inſcium,
—— mox in ouilia
Demiſit hoſtem viuidus impetus:

Qualis, & qui in eodem carmine, additur *iam lacte depulſus leo:* talis, & tam terribilis ac ferox, Druſianus erit puer. Sed quis putas puer iſte erit? Quis, qui pro feſſo, languido, eneruі, elinguiq; Druſio, in arenam ſeſe impudentulus, audaculus, loquaculus dabit?
Qu.Ebr.p. 191.192. An eorum, qui ab ipſo quòd *Muſicam diſcant, teſtudinem pulſent*, alia, quæ tacenda, faciant; vel aliorum, qui laudati, aliquis? An eorum,
in fin.q.Eb. ante princ. l.de ſec. quos ab Hebræo ſtudio & cognitione commendat idem; quiſpiam? At ipſe illos labor,

hos

hos ſuus forte pudor, & triſte, recentius adhuc, Douſæ iunioris exemplum abſterrebit. qui de vana, quæ ad maledicè mendaciterq; ſcribendum, eius linguam ſtilumq; acuerat; gloria, verum alioquin effuderat diſtichon: Itin.p.62.

Mentibus hic teneris gliſcit præpoſterus ardor:
Et cæcos iuuenes in ſcelus omne rapit.

An potius igitur *Druſius iunior*, puer hic futurus? Nam in me iam verſiculos patris ſui libro appegit, in quibus à lupo, vel cane nihil degenerat catulus. Nam vt *à ſtultitia* librum ſup.14. ſuum auſpicatus pater, ſic & ſuos verſiculos filius: & vt ſuos ille ſannis, conuiciis, contumeliis grauidauit libellos: ſic ſuos iſte verſiculos. Me *ſtultum* vocat, *lutum*, *ſuem*, *aſinum*, quid non? Tam natiuiter patriſſat hic filius. Sed, ſi moleſtum non eſt; vnum à me adhuc accipere verbulum dignetur pater. Quiſquis ipſius puerorum prodierit, is vel aliquid afferet, vel nihil. *Si aliquid*; puer in ſcena quidē ſtabit: ſed ita vt poſt ſiparium lateant Druſii Reſp.p.36.37.38.47. & Scaligeri, illeq; horum dictata ſolummodo referat: præſertim cum in hiſce controuerſiis obſcura nō pauca, quorum aliqua initio neſcierit: aliqua ne nunc quidem ſciat: nonnulla de quibus à Scaligero diſſentiat; inſint: prout fatetur ipſemet. Si *nihil*; puer quidem auctor cenſebitur: ſed ita, vt in eorum parentes ac magiſtros conferatur culpa, quòd licentiæ pueris ſuis tantum cōcedant, vt, pro puerili ſtultitia & leuitate, quidquid

O in

Digitized by Google

in buccam venerit, garrire ac deblaterare, imo & typis mandare ipſis liceat. quaſi non quererentur ac gemerent plerique, tantum

Galen. l.contr. Iul. vbiq; inutilium ſchedularum conſcribillari

Cic.in Cat. ac peruulgari. *Cedo, qui veſtram Rempub. tantam amiſiſtis tam cito? Sic percunctanti, vt eſt in*

vide ſc.24. *Næuij poetæ ludo, reſpondentur & alia, & hæc in primis. Proueniebant oratores noui, ſtulti adoleſcentuli.*

Longum interim; quia *ſilentium* tibi *deinceps* indixiſti *perpetuum*, Vale Druſi. & certò ſcias, neq; tibi, neque Scaligero, etſi me, per vos, perque iuniorem Druſium veſtrum, obſcænis conuiciorum ſputis defœdare conati eſtis longè plurimis; ſed veſtræ tantum arrogantiæ, nimiæq; nouationis prurigini, & temeritati, atq; aduerſus SS. Patres proteruiæ iratum eſſe: quin vobis, quæ mihi opto ſumma; optare *virtutem*, & DEVM. Expectabit

Iob.32. interim *Iob* num, & quid eructaturus muſti ſit *Eliu, filius Barachel, de cognatione* RAM.

HERO-

HERODES.

Procemiolum.

QVem *Tribæreſii Elenchum* inſcripſit *Scaliger*, eſt is eorum fere, quæ in *Euſebianis* ſuis *Animaduerſionibus* & *Iſagogicis canonibus* nuper effudit, conuiciorum, variorumq; ipſius erratorum Elenchus. Inter hæc, primo ſtatim limine, ingens veluti Cerberus; eſt inſigne illud *de Herodia* à quibus & *Reſponſionis* ſuæ librum ſecundum inchoauit *Druſius*. De illis verò, dum quæ vult, dicit Scaliger: adiungit: *Herodiani qui ſint, in Euſebianis oſtendimus.* Statim ergo atque hæc prodierunt, vt de his quid *indictum* & *inauditum*, (prout qui ab eo *incomparabilis Vir* vocatur, vaticinatus eſt *Caſaubonus*) doceret, cognoſcerem, ea in manus ſumpſi; & de illis quidem pauciora, de ipſo autem Herode plura ſane noua, indicta, & inaudita, addo & priſcis El.p.13. Anim.196. Aug.hiſt.p.28.

Patribus, piiſque pænè Chriſtianis omnibus inuiſa comperi. Et ea quidem potui cum eiuſdem farinæ aliis in *Miſcellaneo Rabbino* refellere: vtilitatis tamen plus exiturum putaui, ſi ſingularius his daretur libellus. Sic enim, & quæ in nouo Teſtamento de Herodibus pluribus tradita, lucis plus accipient.

L. 1. in Matth. (*Multi*, ait S. Hieronymus, *propter ignorantiam hiſtoriæ labuntur, putantes*, eoſdem Herodes eſſe) & in veteri, nobiliſſimæ illi prophetiæ.

Gen. 49. 10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda*, dum ea quidē, Iudęis reuincendis, & ad CHRISTVM Dominum traducendis, explicatur; firmamenti & perſpicuitatis adſtruetur plurimum. In hiſtoriæ item Chriſtianæ primis quaſi lineis clarabuntur nonnulla, ob quæ videtur parum verè, parumq; pudenter ac prudenter

El. p. 200. idem ſcripſiſſe Scaliger: *Certè Bellarminus ſatis oſtendit, nullum guſtum ſe habere ſcriptorum Ioſephi, vt neq; conditor Annalium* (BARONIVS) *qui in rebus Herodis, & belli Iudaici, maluit credere homini inaccurato Euſebio, quàm Ioſepho ſcriptori vernaculo ex fide oculata, aut ex Actis Herodis omnia ſcribenti.*

CAPVT I.

Herodes multi, eorumque nominis ſcriptio, interpretatio.

Herodes

HErodes in ſcriptura ſemper ἡρώδης, itemque ferè ſemper in Ioſepho, & ſcriptorib. aliis: interdum tamen [a] ὀρώδης, & in Iudæorum libris [b] *Horodus*, in vno, quem viderim, Gorionide, [c] *Erodus*, in Syriaco *Hiraudes* appellatur. Quia verò Hebræis [d] *hor* eſt pellis, *har* mōs, *hod* honor, gloria, & robur, ideo in Hebraicorū nominū [e] libellis *Herodes* exponitur, *pellis gloria, pellib. glorians, mons gloriæ*, vel *arrogantiæ*, Syriacè verò *draco ignitus*. Poſſet à *iarad* etiam, ꝙ eſt *deſcendere*, vel *harad* ſeu *charad*, ꝙ eſt *terrere*, arceſſitus videri Herodes, quaſi *deſcendere coactus*, aut *deiectus*, & *terribilis*. Sed quia primam pellis terroriſq; litteram reſpuere videtur Iudaica ſcriptio; dicendum foret, hanc è Græcorum ac Latinorum conſuetudine, non è primigenia vocis natura effictam. Quod ſiue ſit, ſiue non ſit, certè in eo, quo de agēdum hic potiſſimum; *Herode*, nomen hoc, omen eſt. Inueniuntur autem plures in Parthia, Syria, & Attica *Herodes*, vt ex [f] Ioſepho, [g] Trebellio, [h] Appiano, [i] Iuſtino, & [k] Gellio perſpicuum. ſed in Palæſtina maxime. Nam & *Tiberienſes* quoſdam recenſet [l] Ioſephus, & vnum Iudæorum Regem, à quo alii complures de quibus poſtea. Ille autem dicitur quandoq; *Herodes Tyrannus, Infanticida, Magnus.* cuius poſteri omnes *Herodiadæ*: filiorum verò vnus *Herodes Antipas*, qui S. IOANNEM BAPTISTAM interemit, & CHRISTVM Dominum ſua in paſſione

a. *Ioſ.* 185. *Apia. Parth. Iuſt. l.* 42.
b. *Thal. Iuch. Chr.* 2. *temp.*
c. *l.* 5.
d. ערוך
e. App. *Bib. Reg.*
f. *l.* 18. *c.* 3.
g. *l. de* 30. *Tyr.* 14. 15.
h. *in Syriac. p.* 83. *Parth.* 92.
i. *l.* 42.
k. *l* 1. *Noct. c.* 2
l. *in vita ſua.*
Matth. 2.
Matth. 14.
26.

tacentem ſpreuit ac irriſit: Nepotum verò vnus *Herodes Agrippa*, qui S. IACOBO caput abſcidit, S. PETRVM in carcerem contruſit. fic vt in nouo Teſtamento *tres* iſti celebrentur *Herodes*, primus, eius filius, eiuſque nepos. *Primus* hoc in libello propoſitus eſt, preciſeq; deinceps *Herodes* nominatur: ſed ita, vt horum, ſuo in loco, nulla ſit obliuio.

Act. 12.

CAPVT II.

An alienigena fuerit Herodes, veterum ſententiæ.

QVi *alienigenam* aliquem vocat, is eum ab alia certa quapiam diuerſa gente, quam ea ſit, de qua ipſi vel ſermo vel cogitatus; ortum dicit. Cum ergo de Herode, ſitne alienigena quæritur, nobis in mente eſt, Hebræa ſeu Iſraelitica gens, quæ ex Abrahæ, Iſaac, & Iacob ſemine propagata. è qua qui non erat, *alienigena*, Græcè ἀλλοεθνὴς, aut ἀλλόφυλος appellatur. Sed hoc nominis in ſcriptura ſumi ſolet bifariam 1. generatim, pro omni eo, qui Iſraelis ſatu editus non eſt, ſed ab alio quopiam originem ducit populo. Iſa. 2. *Pueris alienis adhæſerunt*, τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγεννήθη αὐτοῖς. ſicque Tertullianus, Nazianzenus, alij. 2. ſpeciatim pro Philiſthæis. Apud Iſaiam eodẽ loco, vbi nos cum Hebræis legimus, *Augures habuerunt vt Philiſthiim*,

Ioſ. l. 12. Capt. 18. 2. 31.

v. 6.

l. adu. Iud. c. 4
or. 2. ſtelit.

c. 2. 6.

ſthiim, legunt 70. ἐνεπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν c.28.
κληδονισμῶν, ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων. Ieremiæ
47. vbi nos habemus *contra Philiſthæos*, habẽt
70. ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους τάδε λέγει κύριος.
Et poſtea: *vaſtabũtur omnes Philiſthæi*, τοῦ ἀπο- v.4.
λέσαι πάντας τοὺς ἀλλοφύλους. Pſ. 97. *Mihi a-* v.10.
lienigenæ ſubditi ſunt. Pſ. 107. *Mihi alienigenæ a-*
mici facti ſunt. Vtrobiq; in Hebræo *Philiſthæa*
eſt: in 70. ἀλλόφυλοι. Vnde S. Hiero. *Pro Phili-* in Iſ. 2.
ſthijm, ſemper 70. ἀλλοφύλους *interpretati ſunt,*
nomen commune pro proprio, quæ eſt hodie gens
Palæſtinorum, quaſi Philiſtinorum. Et poſtea: in c. 10.
Philiſthæos, vt ſuprà diximus, Palæſtinos ſignificat,
quos alienigenas vulgata ſcribit editio: cum hoc nõ
gentis: ſed omnium externarum gentium vocabu-
lum ſit. Hic prior, ampliorque illa in Herode
nobis iam quæritur notio. Vnus olim fuit
magnus Herodis huius aſſentator, *Nicolaus*
Damaſcenus, qui, vt huic ægrè admodum
ferenti, ſe, ob gentem genuſque ſuum,
à Iudæorum pleriſque vel contemni, vel
odio etiam haberi, gratificaretur ac pla-
ceret; ſcribere illo ipſo tempore, cum
mille ipſum mendacii teſtes conuince-
rent; auſus eſt; Herodem è principibus
Iudæis, qui Babylone in Iudæam rediiſ-
ſent, genus ducere. Notant hoc Ioſephi
duo; ſed ita vt Damaſceno huic neuter Gorion. l. 4.
aſſentiatur: quin verò fœdam eius adu- c. 17.
lationem patefaciat, perſtringatque ſenior,

 Flauius,

Fl. l.14.c.2. Flauius, dum ait: ταῦτα δὲ λέγει ὁ Δαμασκηνὸς χαριζόμενος Ἡρώδῃ. Cæteri verò, quidquid ſcriptorum eſt tam Iudæorum, quàm Chriſtianorum ἀλλόφυλον ſeu *alienigenam* eum, abſq; controuerſiâ, dubioue vllo teſtantur, *in Seder Zuta.* vt citati Ioſephi, & Sederici, Thalmudiciq; Rabbini. Sed omnium maximè ac luculentiſſimè veteres Chriſtianorum Patres ac hiſtorici *Hegeſippus iunior* l.1.c.14. *Euthymius* in Matthæum c.21. *Theodoretus* in Danielem orat.9.& dial.1. *D. Ambroſius* in c.3. D. Lucæ, *D. Hieronymus* in Matth.cap.22. *D. Epiphanius* hæreſ.20. *Euſebius* lib.1.hiſt.cap.6.& 7. lib.8. Demonſtr. & in Chronico. *Origenes* homil. *apud Euſ. l. 1. hiſt. l.c. Scal. præf. Catal.* 17.in Gen. *Africanus* epiſt.ad Ariſtidem, *Hegeſippus ſenior, vicinus*, vt ait S. Hieronymus, *Apoſtolicorum temporũ*. Si extarent hodie Tyberiadenſis *Iuſti*, & *Ptolemæi Aſcalonitæ* monumenta, plus forte de Herodis gente, geſtiſq; omnib. verborum, ſed veritatis haberemus minus. Nam ille ſua illa Herodiadarum vltimo Agrippæ dedicauit, plurimaq; in ijs mẽtitus eſt, vt à Ioſepho & Photio notatum: *in vita. in Biblioth. n. 33. p.8.* iſte verò quia *Aſcalonita* Herodem vel ad ſe rapere, vel ab ſe abigere procul voluit. Nam ab Ammonio tantùm περὶ ἡρώδου βασιλέως ſcripſiſſe, non autem quid ſcripſerit, indicatur. Ac iſtæ quidem generatim de Herodis gente veterum ſententiæ.

CAP.

CAPVT III.

Noua, magnoque opere inſolens Io. Scaligeri, de poſita quæſtione, ſententia.

A*Lienigenam Herodem non eſſe* cœpit hiſce diebus, contra citatos paulo ante veteres, contraq; inſitum Chriſtianis omnib. dogma, vociferari Scaliger. nō quòd, vt Damaſcenus Nicolaus, eum è Iudæis maiorib. prognatum dicat; ſed quòd illo quidem tempore, Idumæi omnes Iudæi eſſent, iam inde ab Ioanne Hyrcano, qui ad circumciſionem, cæteraq; Iudaica inſtituta, Idumæam coegit gentem. Sunt hæc ipſius Scaligeri verba: *Herodes claro, & quæ eſt via maximi proceſſus, prææpotenti ac prædiuite patre natus fuit: neque alienigena, quod vult Euſebius, vt commento ſuo* (explicationi de 70. Danielis hebdomadibus) *viam muniat. Nam erat Idumæus, & Idumæis proſelytis prognatus. Idumæi enim iamdudum pro veris Iſraelitis habebantur, ex quo tempore Ioannes Hyrcanus illis debellatis permiſit, accepta circumciſione, & ritibus Iudaicis, Iudæorum numero eſſe, & pacatis in ſuis ſedibus manere.* Et poſtea, *Vides, à quo tempore Hyrcanus Idumæos ſubegit, non amplius Idumæos, ſed Iudæos vocatos, & pro veris Iudæis habitos fuiſſe. Quis vetuſtiſſimos προσηλύτους vnquam legit alienigenas vocari?* Rurſus: *Fruſtra Euſebius alienigenam Herodem vocat, qui patre & auo Idumæis, & proinde Iudæis prognatus*

Anim. p. 148.

159.

Anim. 259.

erat. Et alibi, maximè tamen in Euſebiani Chronici Prolegomenis ſimilia. *Tempore*, ait, *huius* (qui Herodis pater) *Antipatri, nullum diſcrimen erat inter Iudæos & Idumæos. Nam Idumæi tam Iudæi dicebantur, quam veri* καὶ ἰθαγενεῖς *Iudæi, vt in Notis demonſtrauimus.* tandemque concludens. *Igitur*, ait, *Herodes neque* προσήλυτος, *neque* ἀλλόφυλος *fuit.* Ac de *proſelyti* re ac nomine poſtea, nunc de iſto ἀλλοφύλου ſeu *alienigena.*

CAPVT IV.

Poßitne in docti prudentiſq; vllius viri animum Scaligeriana hæc influere nouitas?

EST quidem apud multos, hoc præſertim ſæculo, *nouitas gratißima rerum*: nego tamen, docto prudentique vlli poſſe hanc de Herode Scaligerianam placere nouitatem. cap.2. Nam 1. quot & quantis auctoribus, *alienigenam*, vt viſum eſt; aſſeuerantibus, iniuria fit? 2. Quæ, in hiſtorica re, temeritas & audacia eſt, id quod à nobis, tempore, locoq; diſiunctiſſimum eſt, & à nemine affirmatur, à quàplurimis & grauiſſimis negatur, affirmare? & quidem ſine argumento, & ratione vlla, quæ momenti habeat aliquid? Nam ſanè *tertiò*, nihil pro ſua iſta nouitate affert Scaliger, quod non vel facillime diſſoluatur, vel non ipſummet aut inſcitiæ, aut impoſturæ ac ſy- c 5.& ſeq. cophantiæ conuincat. Id patebit, cum ſingu-

la

la paulo poſt proponentur. Accedit *quarto*, quod quemadmodum c. 2. monſtratum, & poſt iterum c. 8. & ſequentib. monſtrandum; cum veteribus & Chriſtianis hac in re conſpirent veteres ac recentiores Iudæi omnes. Videtur autem *quinto*, per noua iſtiuſmodi, pro Herode, pro Rabbinis etiam non aduertentibus, pro Iudæisque peruicacibus omnibus, commenta, quaſi per occultos quoſdam cuniculos, id ſatagere ac moliri Satan, vt firmiſſima fidei noſtræ compages quatiatur aliquantulum, &, fieri ſi poteſt; in minus attentorum, prudentiumque animis luxetur. Sed apud eos, quibus Homerica νεωτάτη ἀοιδὴ, acroama eſſe nunc ſolet iucundiſſimum, ne pili quidem, quæ iam dixi, fuerint; niſi Scaligeri diſſipatiſſimas videant ratiunculas. Sic enim dictitabunt aliqui. Magnus vir eſt Scaliger. Multa videt, quæ vidit nemo vnus antea. Putandus non eſt, abſque iuſtis, grauibusq; cauſis, tanto tamq; cano & venerando antiquitatis totius conſenſui reclamare. præ- *in Prol. Euſ.* ſertim cum hoc & ſimilia vocet *veterum* πα-ρόραματα, σφάλματα, καὶ παρεγχειρήματα, *hallucinationes, errores, ac temerationes*. Sed quæ tanta Scaligeri magnitudo ſit, quæ omnibus *Miner. Rab. Miſcel.* in rebus tam acuta oculorum acies, & quam iuſtas veteribus repugnandi cauſas is habeat, ſæpe quidem libris iam demonſtratum alijs: at nunc res monſtrabit ipſa.

CA-

CAPVT V.

Scaligerianæ contra veteres nouitatis primum proponitur & confutatur argumentum.

Anim.p.148. IN toto iſto de Iudaica Herodis gentilitate contra veteres conatu ac pugna, tres tantummodo Scaligeri haſtas video. Prima eſt. *Non vocauit Ioſephus Herodem* ἀλλόφυλον, *vt Euſebius*. At primò perquam puerile eſt, ab vno vnius ſilentio, tanti rem momenti concludere. Nonne alia plurima, quæ maxima & certiſſima, in altiſſimum ſilentij puteum demerſit Ioſephus? Nonne totam illam immaniſſimam infantulorum carnificinam, quam
c.2. Sanctus enunciauit Matthæus? adeo vt ipſemet ſcripſerit Scaliger: *Mirum eſt tam belluinæ*
p.162. *crudelitatis exemplum à Ioſepho præteritum eſſe.* Deinde vero tametſi non taceret, ſed affirmaret Auctor hic, Herodem alienigenam non eſſe, nullo tamen modo contra tot tantoſque Patres, Chriſtianoſque Magiſtros au-
c.1.& 2. diendus foret, vt in *Rabbino* dictum *Miſcellaneo*. Sed bene habet. Ea tertiò dicit Ioſephus, ex quibus res huic ipſi ἀλλόφυλος ſubiecta voci colligitur, dum Herodis patrem, ipſumque Herodem, prout infrà videbitur; partim *Idumæum*, partim verò *ſemiiudæum* appellat.
c.7. idque ſpectans Origenes homilia in Geneſin vltima; *Conſtat*, inquit, *vſque ad natiuitatem* CHRISTI *non defeciſſe Principes ex genere*

Iudæ,

Iudæ, nec duces de femoribus eius, vſque ad Herodem Regem, qui ſecundum hiſtoriæ fidem, quam Ioſephus ſcribit, alienigena fuiſſe, & per ambitionem in regnum Iudæorum dicitur irrepſiſſe. Haſta igitur hæc, ſtipula eſt.

CAPVT VI.

Nouitatis eiuſdem alterum expenditur argumentum, vel parenchere-ma potius, & dolus.

HAſtam vibrat Scaliger *alteram* ſic: *Veriſſimum eſt quod Iuſtinus ait*, Herodem ἐν γένει Ἰουδαίων *fuiſſe. Quamuis Aſcalonita erat, tamen Iudæum non fuiſſe, dicendum nõ erat. Hoc directò contra Euſebium facit, qui alienigenam eum vocat.* Sed ſane hoc vel inſcitiæ ſummæ *ſphalma* & *error* eſt, vel incogitãtiæ maximæ *parorama* & *hallucinatio*, vel deniq; impudentiſſimæ audaciæ *parẽcherema*, frauſq; pluſq̃ ſycophantica eſt. Cedo .n. vbi Iuſtinus ait Herodem à Iudęis dici, *ſuo in genere* fuiſſe? Vbi ſcripſit eũ ἐν γένει Ἰουδαίων fuiſſe? Citatur *Dialogus cum Tryphone* Iudæo. Sumatur ergo in manus hic, & pagina Græca LXVI. aut Latina XXXVIII. inſpiciatur, & inuenietur, 1. quidem citari à S. Iuſtino prophetiam illam, *Non auferetur ſceptrum de Iuda.* 2. ab eodem ex ea confici CHRISTVM Dn. iam veniſſe. 3. ab eodem hanc adhiberi rationem. Antequam veniat CHRISTVS Dn. ceſſare in Iudæorum gente non

p. 150. (margin, beside line 1 of chapter)

Gen. 49. (margin)

non debet neq; *ἄρχων princeps*, neq; ἡγούμενος *ductor* ſeu *dux*: Vos autem Iúdęi vltrò fatemini, neq; abſq; impudentia negare poteſtis, olim diu ante CHRISTI IESV ortum, & paſſionem, neutrũ ceſſaſſe, ſed ſtatim poſt. Nam quoad ipſum ἄρχοντα, fatemini ceſſaſſe hunc in Herode quem ipſi dicitis *Aſcalonitam*, ideoq; & *alienigenam*. Quoad τὸν ἡγούμενον verò, ſiue per hunc intelligatis *Prophetam*, ſiue *Pontificem maximum* (qui etiam *Propheta* quidam à vobis habetur) eum quidem Herodis illius tempore, ipſiſq; IESV naſcentis ac patientis diebus, in veſtro genere eſſe dicitis, ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα λέγετε ἀρχιερέα. iam tamen templo, Hieroſolymiſque vaſtatis, ac in ſolitudinem redactis, non eſt amplius. Hæc argumenti, quo ſuo minimùm tempore, poſt Hieroſolymitanam Iudaicamq; ab Tito, & Adriano factam cladem; deſiiſſe in Iudæorum gente, tam *Reges*, quam *Prophetas* & *Pontifices*, ideoq; CHRISTVM iam aduenisse probat, Sanctus Martyr, ſumma; prout non ex vno vel altero diuulſo verbulo, ſed ex toto contextu patet. Vnde iam perſpicuè audaciſſimæ deprauationis, fœdiſſimæque fraudis manifeſtus tenetur Scaliger, dum quæ de Iudaico Pontificis genere dicuntur, ad Herodem Regem transfert: & duos in vnum, (quod in *Rabbanim Simeonibus* fruſtra quiritatus, vt oſten-
Rab. Miſcel.a. ſum; Druſius) conflat homines, Regem ac Pontificem in vno eodemque Herode confun-

fundit. Nam primò fieri quomodo poſſit, vt duo hæc ſimul dixerint Iudæi, Herodem *Aſcalonitam* eſſe, & *è Iudæo eſſe genere?* Omnis Aſcalonita Philiſthæus eſt. Nullus autem è Iudæo genere Philiſthæus eſt. Quis enim *Aſcalonem* Philiſthææ vrbem neſcit? Et quis Philiſthæos omnium maximè *ἀλλοφύλους* vocatos ignorat? Oſtenſum id ſuprà: & à Theodoreto de Ieremia capit. 47. ſcriptum: *Vocat alienigenas eos, qui Aſcalonem, Gazam, Azotum, Geth, & Accaron incolunt.* Quomodo igitur tam aſyſtata duo copulaſſent Iudæi? Quomodo Iudæis hæc tribuenti Iuſtino non reſtitiſſet, is, cum quo diſſerebat, Iudæus *Trypho?* præſertim ſi, vt Druſio videtur; fuit iſte, Rabbinus ille, qui apud Sanctum Hieronymum *Tarpho* vocatur, apud Rabbinos *Tarphon, Sacerdos & ipſius R. Akibæ vel præceptor, vel Sodalis,* vt in *Iuchaſin* eſt. Secundo, Quomodo iiſdem Iudæis excidere vnquam potuiſſet, *Herodem Aſcalonitam* fuiſſe, *κατὰ τὸν νόμον τοῦ Μωσέως*, id eſt, *ſecundum Moyſis legem*, Iudæorum *Pontificem maximum*, victimasque ac ſacrificia obtuliſſe, aliaq; legitima cuſtodiiſſe? An nō cōtra legem creari Sacerdotem maximum, qui non modo è Leuitica tribu, familiaque Aaronica non eſſet, ſed ab Philiſthæa etiam Aſcalone, *Aſcalonites* diceretur? An ſi ſe in ſacrum hoc munus intruſiſſet ille, cēſeretur legitima cuſtodiiſſe? Quomodo igitur à Iudæis hæc dici dixiſ-

cap.2.

l.2.Sect.a.
p.59.

in Iſ.8.
p.25.

dixiſſet S. Martyr, aut ſi dixiſſet, dicenti os non obſtruxiſſet dictus iam *Trypho?* Herodem ipſum ſummum Pontificem fuiſſe credere, *plane*, inquit ipſemet Scaliger κτηνώδης, (pecuina) *opinio eſt, neq; tam abſurdæ ſententiæ veſtigium vllum extat in vetuſtiſſimis Iudæorum Digeſtis; licet plumbei ſint Iudæi.* Et tamen, vt nouum ſuum delirium incautis, eiuſque admiratione attonitis perſuadeat Scaliger, *pecuinam* hanc opinionem à S. Iuſtino aſcribi Iudæis, non veretur ſcribere. An ſanctiſſimus ille doctiſſimusq; Martyr, pecus? An *Trypho* plumbeus? Pluſquam plūbei, & infra pecudes omnes habeamur meritò, ſi tam falſa, tam abſurda, inter ſeque pugnantia ſenſiſſe, dixiſſe ac ſcripſiſſe S. Iuſtinū Philoſophum, & Martyrem, vt Scaligerianis vehētem quadrigis nouam hanc excipiamus *Doxam*; opinari velimus. Sed ex ijs, quos non Scaligeri admiratio, ſed veritatis amor in nouas quandoque trahit opinatiunculas; dixerit aliquis, aliud ab eodem ſancto ibidem videri Iudæis tribui abſurdū, illum videlicet Herodem, ſub quo paſſus eſt Dominus, eſſe *Aſcalonitam*, cum vt ſuprà tangebam; *Antipas* fuerit. Reſpondeo. 1. poſſe *Antipam* hunc vocari *Aſcalonitam* ratione Patris & aui, qui Aſcalonitę vocati. quemadmodum ſi Ioſephus Scaliger vocaretur *Italus*, aut *Veronenſis*, quia eius pater & auus *Itali* fuere, ac, vt ipſe quidem ait, *Veronenſes*. 2. in Græco ſic legi: ἡρώδην ἀφ' οὗ

ἔπα-

ἴπαθεν (ὁ κύριος) Ἀσκαλωνίτην γεγονέναι λέγοντες. Iam illud ἀφ᾽ οὗ licet exponere, *poſt quem*: vt ſententia ſit: *Herodem, poſt quem paſſus eſt*, Dominus IESVS, *Aſcalonitam natum eſſe dicitis.* Nam vt ſignificet, *ſub quo*, vel *cuius tempore*, vel, vt in Perionio eſt, *quo regnante*; adeo inſolens, durumque videtur, vt ipſe Scaliger mutet, ac dicat ἐφ᾽ οὗ. qui pariter, & euangelicæ hiſtoriæ accommodatiùs, mutare potuiſſet ἀφ᾽ οὗ ἔφυγεν, *à quo fugit.* Sed nulla opus mutatione. Sæpè apud Græcos ἀπὸ ſignificat *poſt*, quemadmodum apud Latinos *à* & *ab*, vt ἀπὸ σάλπιγγος *poſt tubam*, *poſt auditum tubæ ſonum.* apud Diodorum Siculũ, Plutarchum ſæpè ἀπὸ τούτων *poſt hæc*, apud Homerum, ἀπὸ δείπνου *à cœna*, *poſt cœnam*, μετὰ τὸ δεῖπνον, inquit Scholiaſtes. Nec obeſt illa Grammatici Ammonij diſtinctio, quod ἀπὸ inanimis iungatur, animatis verò παρά. Sępè ſiquidem id non obſeruari, teſtes cum alii, tum ipſius idem Grammaticus. Poſſent & alia reſponderi: ſed duo iſta vt ſimpliciſſima, ita & probabiliſſima. ſicque haſta Scaligeri altera non confracta modo, ſed & in ipſius ferreum retorta pectus. In tertia priuſquam ſimile quid moliar, tranſſcribam è *Perionii* diſertiſsimi verſione citatum D. Iuſtini locum. Poſt Iacobi ergo de ſceptro Iudæ vaticinium allatum, *Defuiſſe*, ait, *ac deſiiſſe vnquam in genere noſtro prophetam, aut principem, ex quo principatum accepit, ad illud tempus, cum hic* IESVS

P. 150.

Matth. 2.

in Cat. & Oth.

Iliad. θ.

CHRISTVS *& extitit, & mortem perpeſſus eſt, ne impudenter quidem dicere audebitis, aut poteſtis dicere. Etenim cum Herodem, quo regnante* (vel potius, vt dixi) *poſt quem paſſus eſt, Aſcalonitanum fuiſſe dicatis, tamen in genere veſtro Pontificem fuiſſe dicitis. Ita cum vobis eſſet ex Moſis lege pontifex, ſacrificiaq; offerret, & cætera quæ lege ſancita erant, ſeruaret, Prophetæq; ſucceſſione ac ſerie quadã vſq; ad Ioannem fuiſſent, vt etiam tum Babylonem populus Iudæorum abductus eſt, tum cum regio vaſtata eſt, ſacraq; vaſa ſublata & direpta ſunt, non deſiit apud vos Propheta* (Sic ex Græco legendum, non *prophetia*) *qui populi veſtri dominus, dux, & princeps erat. Spiritus enim ſanctus, qui in Prophetis inerat, & Reges vobis vnxit, & conſtituit. At verò poſtquam* IESVS CHRISTVS *noſter apud vos viſus eſt. & mortem pertulit, nuſquam extitit, neque eſt Propheta: quin etiam proprio Regi parere deſiiſtis: & præterea terra veſtra deſerta eſt, & pomorum cuſtodiæ ac thecæ inſtar, relicta.*

CAPVT VII.

Tertium Scaligerianæ nouitatis explicatur ſophiſma.

HASTA Scaligeri tertia ſatis iam perſpici antea potuit c. 3. breuiter tamen ac neruosè intorqueri ſic poteſt:

Nulli Iudæi erant alienigenæ.

p. 145. *Omnes Idumæi, iam inde ab Ioanne Hyrcano,* id eſt,

eſt,ab annis ferè xc. *erant Iudæi*. Ergo. Aſſumptio ex hiſtoria conſtat. quia, vt ſcribit Ioſephus, ſubegit Idumæos Hyrcanus, eoſq; Iudæorum circumciſionem, ſacra, & ritus amplecti coegit. Laudat etiam Scaliger Ammonium, Strabonem, & Stephanum. ſed, abſq; Hyrcani nomine, rem ipſam refert Ammonius: Strabo verò *per ſeditionem Nabatæos ad Idumæos veniſſe*, tandemque *ad Iudæorũ inſtituta & leges acceßiſſe*: Stephanus tantũmodo ait, *Idumæos Hebræorum eſſe gentem* ab *adom, quod Hebræis rubrum eſt*, nominatam. ſicuti & ait S. Hieronymus in Ezech. 25. Conceditur ergo hæc aſſumptio de Idumæis, qui in Idumæa ipſa ſubacta manere voluerũt. Si qui. n. vel cum bello hanc fatigaret Hyrcanus, effugerunt, vel poſtea cũ ei Moſaicæ iugum legis imponeret, exceſſerunt (Id. n. permiſerat, Ioſepho teſte, Hyrcanus) ij, licet Idumæi eſſent, Iudaiſmo tñ initiati non ſunt. Sed ridiculũ, quòd *Aſcalonitas* in hac etiam aſſumptione comprehenſos velit Scaliger p. 150. dum ait: *Oſtendimus in Iudæis tunc cenſitos fuiſſe Idumæos & Aſcalonitas*. Vbi verò id oſtẽdit? num ab citatis iã auctorib. *Aſcalonitæ* nõ Philiſthæi, ſed Iudæi appellantur? Sed propoſitio, quæ maior dici amat; diſtinguenda eſt. *Iudæus* enim non pro vnius tantùm Iudææ trib. homine, ſed generatim pro *Iſraelita* ſumptus triplex eſt. Quidam & gẽte & religione Iudæus eſt, qui ex Abrahami ſcilicet, Iſaaci,

lib. 13. c. 17. & l. 15. c. 11. Gor. l. 4. c. 4.

l. 13. c. 17.

Digitized by Google

CHRISTVS *& extitit, & mortem perpeſſus eſt, ne impudenter quidem dicere audebitis, aut poteſtis dicere. Etenim cum Herodem, quo regnante* (vel potius, vt dixi) *poſt quem paſſus eſt, Aſcalonitanum fuiſſe dicatis, tamen in genere veſtro Pontificem fuiſſe dicitis. Ita cum vobis eſſet ex Moſis lege pontifex, ſacrificiaq; offerret, & cætera quæ lege ſancita erant, ſeruaret, Prophetæq; ſucceſſione ac ſerie quadã vſq; ad Ioannem fuiſſent, vt etiam cum Babylonem populus Iudæorum abductus eſt, tum cum regio vaſtata eſt, ſacraq; vaſa ſublata & directa ſunt, non deſiit apud vos Propheta* (Sic ex Græco legendum, non *prophetia*) *qui populi veſtri dominus, dux, & princeps erat. Spiritus enim ſanctus, qui in Prophetis inerat, & Reges vobis vnxit, & conſtituit. At verò poſtquam* IESVS CHRISTVS *noſter apud vos viſus eſt, & mortem pertulit, nuſquam extitit, neque eſt Propheta: quin etiam proprio Regi parere deſiiſtis: & præterea terra veſtra deſerta eſt, & pomorum cuſtodiæ ac thecæ inſtar, relicta.*

CAPVT VII.

Tertium Scaligerianæ nouitatis explicatur ſophiſma.

HASTA Scaligeri tertia ſatis iam perſpici antea potuit c. 3. breuiter tamen ac neruoſè intorqueri ſic poteſt:

p. 149. *Nulli Iudæi erant alienigenæ.*

Omnes Idumæi, iam inde ab Ioanne Hyrcano, id eſt,

eſt,ab annis ferè xc.*erant Iudæi*.Ergo.Aſſumptio ex hiſtoria conſtat. quia,vt ſcribit Ioſephus,ſubegit Idumæos Hyrcanus, eoſq; Iudæorum circumciſionem, ſacra, & ritus amplecti coegit.Laudat etiam Scaliger Ammonium, Strabonem, & Stephanum.ſed,abſq; Hyrcani nomine, rem ipſam refert Ammonius: Strabo verò *per ſeditionem Nabatæos ad Idumæos veniſſe*, tandemque *ad Iudæorũ inſtituta & leges acceßiſſe*: Stephanus tantũmodo ait, *Idumæos Hebræorum eſſe gentem* ab *adom, quod Hebræis rubrum eſt*, nominatam.ſicuti & ait S. Hieronymus in Ezech. 25. Conceditur ergo hæc aſſumptio de Idumæis, qui in Idumæa ipſa ſubacta manere voluerũt. Si qui.n. vel cum bello hanc fatigaret Hyrcanus,effugerunt,vel poſtea cũ ei Moſaicæ iugum legis imponeret, exceſſerunt (Id.n. permiſerat, Ioſepho teſte,Hyrcanus) ij,licet Idumæi eſſent, Iudaiſmo tñ initiati non ſunt. Sed ridiculũ,quòd *Aſcalonitas* in hac etiam aſſumptione comprehenſos velit Scaliger p. 150. dum ait:*Oſtendimus in Iudæis tunc cenſitos fuiſſe Idumæos & Aſcalonitas*. Vbi verò id oſtẽdit? num ab citatis iã auctorib. *Aſcalonitæ* nõ Philiſthæi,ſed Iudæi appellantur? Sed propoſitio, quæ maior dici amat; diſtinguenda eſt. *Iudæus* enim non pro vnius tantùm Iudææ trib. homine,ſed generatim pro *Iſraelita* ſumptus triplex eſt. Quidam & gẽte & religione Iudæus eſt, qui ex Abrahami ſcilicet,Iſaaci,

lib.13.c.17. & l.15.c.11. Gor.l.4.c.4.

l.13.c.17.

Digitized by Google

Iacobique ortus proſapia, Moſaicam legem ac religionem ſectatur. Quidam gente ſola, vt qui olim ab iis ad idolorum cultum deſciſcebant, prout in Machabæorum libris legimns. Quidam denique ſola religione, vt qui è gentibus aliis *proſelyti* fiebant, præputiumque ponebant. *Maior* ergo de primis Iudæis, & ſi libeat etiam de ſecundis vera eſt: nō autem de tertiis. Quamuis enim religio, eorundemque ſacrorum communio maximum ad ſummam animorum coniunctionem, mutuamque beneuolentiam & ſocietatem vinculum ſit, non tamen quæ naturalia ſunt, adimit, neque facit, vt qui è diuerſis nati ſunt gentibus, ex eadem ſint. Chriſtiani ſunt *Itali*, *Galli*, *Germani*, & *Hiſpani*: an tamen horum aliis alij non ſunt *alienigenæ*? Et verò hanc diſtinctionem clarè indicat S. Paulus, dum ait: *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* quaſi diceret. Iudæorum alij ſunt τῇ φύσει, id eſt, naturâ, qui è Iudæorum ſcilicet patriarcharum ſemine procreati: alii ſunt τῇ θελήσει aut τῇ θρησκείᾳ tantùm καὶ προσηλύσει, cū ex gentib. alioquin orti ſint. idemque hoc ſignificat laudatus ante Ammonius, vel potius, qui ab hoc citatur, Ptolemæus Aſcalonites, dum alios eſſe ait Iudæos τοὺς ἐξ ἀρχῆς φυσικοὺς, id eſt, *iam inde à principio naturales*, alios verò οὐκ ἀρχῆθεν *non à principio.* ſicque Idumæi non naturâ, & ab ipſo initio Iudæi fuere, ſed acceſſione; non

gente,

l. 1. c. 1. 45. l. 2. c. 4.

Gal. 2. 15.

gente, ſed religione. id eſt, *ſemiiudæi*, vt apud Ioſephum lib. 14. c. 27. p. 446. interpretatur Antigonus, Herodi regnum dandum non eſſe ἰδιώτῃ τε ὄντι, καὶ Ἰδουμαίῳ, τουτέστιν, ἡμιιουδαίῳ. vt idcirco ſua iſta Iudaici nominis amphiboliâ nequaquam probet Scaliger *alienigenas* ipſos non eſſe. quod & manifeſtius fiet poſtea, cum de *proſelytis* dicetur. Interim cũ de mutua beneuolentia & ope agebant cum Idumæis Iudæi, & contrà; illis, ob templum, ſacraque communia, dabãtur omnia, vti moris; omnium caritatum nomina. ſicq; interdum vocantur ἔθνος ὁμόφυλον, qui καὶ ἀλλοφύλων communi templo, *communiq́ patriæ* ſuppetias ferre debeant. prout in Iudaici belli, apud Ioſephum, lib. 4. c. 16. legi poteſt. Imò, antequam Moſaicæ ſeſe legi ſubderent Idumæi, dicuntur in Deuteronomio Iudęorum *fratres*, ob communem Patriarcham Iſaac: & Amos 1. vbi hoc etiam docet S. Hieronymus, & Theodoretus orat. 9. in Danielem. *c. 23. 7.* *Geneſ. 21.*

CAPVT VIII.

An, poſt Hyrcanum, ſuo Idumæorum nomine ſpoliati Idumæi?

AB Ioannis Hyrcani tempore Idumæos fuiſſe Iudæos narrat Ioſephus: ἐκείνοις *l. 13. c. 17.* αὐτοῖς χρόνοις ὑπῆρχεν, ὥστε εἶναι τὸ λοιπὸν Ἰουδαίους. Etiam, quemadmodum non ortu, ſed ritu,

non gente, ſed religione Iudæi fuerint; explicatum. At Scaliger non modò ſimpliciter Iudæos fuiſſe, ita vt gentis alterius haud eſſent, quod hactenus exploſum; affirmat: ſed etiam *Idumæorum* priſtinum iis nomẽ detractum, ita vt *deinceps Idumæi vocati amplius non fuerint.* Adnumeraui eius verba c. 3. in quib. hæc: *Vides à quo tẽpore Hyrcan⁹ Idumæos ſubegit,* NON AMPLIVS IDVMÆOS, *ſed Iudæos vocatos.* At ſanè, ſic Iudæorum illi tunc ex earundem cæremoniarum ſanctitate nomen acceperunt, vt priſtinum illud ſuum non abiicerẽt, vel omitterent. An qui vel *Gallorum*, vel *Hiſpanorum*, *Luſitanorumq́;* armis domiti, rationibus adducti in Occidentali orbe nouo, vel India, CHRISTI Domini fidem acceperunt, ſic vel *Galli*, vel *Hiſpani*, *Luſitaniq́;* appellantur, vt propria gentium ſuarum deperdant nomina? Qui in Caluiniani dogmatis lernã adducti populi, deſinuntne ſuis antiquis vocari nominibus, *Angli*, *Hollandi*, *Friſii*? Ipſe verò Ioſephus quoties, poſt Hyrcani tempora, *ſcapham ſcapham*, & *raſtrum raſtrum* appellat? In vna Herodis ipſius hiſtoria, & in Hieroſolymitano aduerſus Romanos bello quoties apud illum *Idumæi*? & quidem, vt clarè de ipſis, non quaſi Iudæis, ſed quaſi de gente ab his alia loquatur, cum ait: θορυβῶδες καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀεί τε μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα, καὶ μεταβολαῖς χαῖρον. πρὸς ὀλίγην δὲ κολακείαν τῶν δεομένων, τὰ ὅπλα κινοῦν, καὶ καθάπερ εἰς ἑορ-

ᵃ lib. 14. Anti. c. 2. & l. 4. bell. c. 15.

p. 207.

τὴν

τὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπειγόμενον. *Gens tumultuoſa, & ordinis impatiens, ad motus ſuſpenſa ſemper & mutationibus gaudens: ad modicam verò eorum, qui ſupplicant, adulationem, arma mouens, & ad prælia, quaſi ad feſtum properans.* Quin verò tantum abeſt, vt poſt Hyrcanum, *Idumæi* amplius vocati non fuerint, vt Idumæorum velut ſibi longè inimiciſſimorum nomen ad Romanos etiam & Chriſtianos transferre cœperint. In Threnorũ Thargum pro *filia Edom*, poſita eſt *Roma*. In Pſalm. 107. pro Idumæa, *Conſtantinopolis Edom.* ſeu *Konſtantina*, vt in *Methurgeman* etiam notatum. D. Hieronymus, *In hoc*, ait, *loco* (Ioelis c. 3.) *Iudæi grauiſſimo ſomno dormiunt: in vltimo tempore, quando non* CHRISTVM, *ſed Antichriſtum ſuſcepturi ſunt, vindictã ſui in AEgyptios, qui vicini ſunt, & in Romanos, quos interpretabãtur Idumæos, ſpe vaniſſima cõfingentes.* Et paulo poſt. *Non poſſunt exponere, cur pro Idumæis intelligantur Romani, cum eadẽ licentia mẽtiendi è diuerſo poſſimus aſſerere, ſub Idumæorũ vocabulo vel Perſas, vel Elamitas, vel Frãcos, Alamannos, genteſq́ alias ſignificari.* Similia idẽ S. Hiero. alibi. *Veſpaſianum* ẽt ac *Titum* pari tropo *Idumæos* fuiſſe iidem ſcriptitant Iudæi. & in *Seder Zuta* dicitur euerſorũ à Tito Hieroſolymorũ annus 180. *leedom*, id eſt, *Idumæorũ*, ſeu *Romanorum.* Nam & in quibuſdã exemplarib. iam legitur *Leromiim.* Et Gentilium terræ dicũtur *artſoth Edom, viiſmael* in Iuchaſin fol. 162. b.

c. 4. v. 21.

Iſa. 21.
Genebr. p. 121. l. 2.
Se. Anim. p. 199. 120.
in edit. Munſ. Baſil. apud Io. Frob. p. 25.
in edit. Baſ. apud Amb. Frob. f. 36.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Num Aſcalonita fuerit Herodes?

MODO ex Hebræa gente non fuerit Herodes, cuiuſcunque gentis alterius fuerit, *alienigena* ſemper contra Scaligerum intelligitur. Quia tamẽ ſic hactenus actum, quaſi *Idumæus* fuerit, & ſecus interdum dicere videntur nonnulli, enodandus breuiter nodus hic. [*l.14.c.2. l.1.Capt.c.5. Gorion.l.4.c.17. Iuch.f.139.*] Opiniones igitur præcipuæ tres. I. Ioſephi, & eorum, qui eũ ſecuti, plurium; ipſiuſq; adeo Scaligeri, Herodem *Idumæum* fuiſſe. II. fuiſſe *Aſcalonitam*. eaque opinio vetuſtiſſimorum fuit Iudæorum, vt ſuprà retulit S. Iuſtinus; [*c.6.*] & Chriſtianorum his multo adhuc vetuſtiorum apud Africanum, & ex eo apud Euſebium. [*l.1.hiſt.c.7.*] III. S. Epiphanij, [*hær.20.*] fuiſſe *tam Idumæum quàm Aſcaloniten*. Et hæc mihi complectenda meritò videtur ſententia. I. quia ſuperiores duas, cum magnis eæ ornentur auctoribus; veras pronunciat. De priore, cum ab Scaligero approbetur ipſa, nihil probare opus. Poſteriorem verò tam Iudæorum quàm Chriſtianorum & concordia & vetuſtas facit venerabilem. ſed nobis præſertim, ſi quales hi Chriſtiani fuerint, conſideremus. Fuerunt, inquit apud Euſebium Africanus [*l.1.hiſt.c.7.*] τοῦ σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, ideoq; [*c.6.*] vocati olim Δεσπόσυνοι. [*c.7.*] Fuerunt οἱ τὰ καθ' ἡρώδην ἀκριβοῦντες. Fuerunt deniq; εἴτε φαυνπᾶντες,

τες, εἴθ' ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως ἀληθεύοντες. II. quia modum, quo veræ ſimul eſſe queant, commonſtrant. Nam *Aſcalonita* erat, quia eius pater Aſcalonita fuit Aſcaloneque habitauit. Idumæus, quia cum Aſcalone ab irruentibus Idumæis in Idumæam abductus eſſet pater, illic ex eo Herodes ipſe natus, ibidemque educatus, & illorum moribus aſſuefactus fuit. Narrarunt hoc idem illi, quos paulo ante à ſanguinis cum CHRISTO Domino propinquitate, à diligentia in Herodis rebus accuratè peruestigandis, ab ſummo denique veritatis ſtudio commendatos audiimus: & ex iis ſanctus etiam Ambroſius lib.3. in Lucam, qui addit: *Quod ideo ex Græcorum hiſtoriis putauimus transferendum, vt clareat, Herodem nullo affinem generi Iudæorum, regnum adulterina fraude quæſiſſe.* At nouus Herodis vel palpo, vel patronus, vno veteribus contradicendi, ſeque præ omnibus illis admirabilem oſtentandi precio excitatus, Herodem *Iudæorum generi affinem* maximè, nulloque modo *alienigenam* vult: ideoq; & iſtam de Herodis patre in Idumæam Aſcalone abducto negat hiſtoriam. Quis non miretur tantis tamque magnis & venerandis, non Patribus modo, ſed & ipſius CHRISTI propinquis, diligentiſſimis Herodianæ ſtirpis indagatoribus, ſummis veritatis amatoribus vnum contradicere nunc audere homulum, qui *Chriſtianus* tamen, & *ſapiens*

apud Euſ. l. 1.

audire velit? At ei aliqua forte ratio eſt. Nulla certè, quæ grauem prudentemque rerum æſtimatorem morari poſſit. *Duplex* tamen affertur. *Vna* eſt â Ioſephi auctoritate, qui
Anim.p.148. hiſtoriã hanc reticuit. *Quis*, ait, *poſt Ioſephum alia de hoc Antipatro, & eius filio ſcire potuit, quæ Ioſepho ignorata fuerint?* Reſpondi iam ſuprà in ſimili Ioſephi ſilentio cap 5. Et ſanè multa de CHRISTO Domino, & de ſanctiſſimis eius Apoſtolis non ignorauit, quæ tamen eloqui, Iudaicâ nequitiâ, noluit: ſicuti & ille, de quo ſuprà; temporis eiuſdem hiſtoricus, *Iuſtus* Tiberiadẽſis, quemadmodum de ipſo
Bibl. num. 33. conqueritur Photius. *Altera* verò ratio eſt, quia præpotentem Herodis patrem deſcribit idem Ioſephus. Sed hoc non multo infrà exponetur. Nam tribus hiſce ſententiis eo, quem oſtendi, modo & veris & concordib. minutiores adiungo alias. Vna eſt Hebræi Iudæorum Chronici de templo ſecundo,
f.95. fuiſſe Herodis patrem *non ex ſtirpe filiorum Iſrael, ci im meromiim ſchenippelu hebadim biiad Iiſrael*: id eſt, *ſed è Romanis, qui ceciderunt, vt ſerui eſſent Iſraelitarum.* Quibus in verbis I. quidem clarè dicitur Herodis pater *alienigena*: deinde ſignificatur *Idumæus*. Quia .n. vt
c.8. ſuperiori dictum capite, ad *Romanos* transferunt Iudæi ſæpè Idumæorum nomen, hinc è contrario poſuit Iudæus liber hic *Romanos*
f.139. pro *Idumæis*. Altera eſt libri *Iuchaſin* dicentis: *Anno 738. regnauit Herodus haggelili*, id eſt, *Galilæus.*

Digitized by Google

lilæus. Galilæum ſcilicet vocat, non quod genere aut gente Galilæus eſſet: verùm quòd Galilææ, antequam Rex fieret, præpoſitus fuerit, vt explicat lib. 14 c. 17. Ioſephus. Nam alioqui ſtatim adiungit idē Iuchaſin *patrem* eius *Edomi* fuiſſe, ſeu *Idumæum*. Cū ergo Herodes *Idumæus* ſit, & *Aſcalonites*, duplici ſanè modo ἀλλόφυλος ſeu *alienigena* eſt. Nam, vt ſuprà ēt dicebam, in Philiſthiim vrbib. Aſcalon eſt, 1. Reg. 6. v. 17. c. 6.

CAPVT X.

Herodis pater, auus, & patruus.

I. HERODIS pater ab omnibus traditur *Antipater*, vel *Antipatrus*, qui alia etiam terminatione dicitur *Antipas*, & *Antipa*, prout innuit lib. 14. cap. 2. & Captiuitatis lib. 2. in capitis 9. lemmate Ioſephus. II. Auus verò paternus Herodi eidē datur ab eodem Ioſepho nominis eiuſdem *Antipater*, ita vt, diſtinctionis causâ, prior ille ab eo vocetur ὁ νεώτερος Ἀντίπατρος. Ab Euſebio tamen ex Africano auus nominatur *Herodes Aſcalonita*. lib. 1. c. 6. In hodiernis quidem Græcis legimus τοῦτον Ἀντίπατρον εἶναι πατέρα ἡρώδου τινὸς Ἀσκαλωνίτου: Sed pro πατέρα, legendum παῖδα oſtēdit c. 7. caput Euſebij ſequens, & S. Epiphanius. hæreſ. 20. ita vt Euſebianus Interpres Chriſtophorſonus non *patrem*, ſed *filiū* verterit: ne, vt diuini ſolent Grāmatici; hoc ſe omniū primū animaduertiſſe ac monuiſſe glorietur Druſius. Et quia cœpi; monebo aliud, ante citata verba, ibi

Min. l. 2. c. 2.
Anim. p. 175.
Reſ. 2. c. 1.
p. 44.

ba, ibi adhuc hęrere mendum, *ἀντιπάτρου* pro *ἀντίπατρον*. Sic enim locus, alioqui perobſcurus eluceſcit. *φάσιν οἱ καθ' αὑτὸν ἀκριβοῦντες Αντίπατρον (τοῦτον δ' εἶναι παῖδα ἡρώδου τινὸς Ασκαλωνίτου) τῶν περὶ τὸν νεὼ τοῦ Απόλλωνος ἱερο δούλων καλουμένων γεγονέναι.* Videtur autem S. Epiphanius hanc tollere diſſenſiunculam, dum ſignificat Herodis auum proximum *Herodem* fuiſſe, auum verò maiorẽ, ſeu proauum, *Antipam*. Sed fieri facilè potuit, vt quemadmodum vnus idemque filiorum Herodis vocatus fuit, prout infrà videbimus; *Herodes Antipas*: ita & auus fuerit. imò & ad eius memoriam duplex hoc inditum filio nomen fuerit: vt propterea neceſſe haud fuerit, Africano contrauenire Scaligerum, ac ſcribere: *Auus Herodis Regis non Herodes, ſed Antipater.*

har.20.

In Prol. Euſ.

III. Herodis patruus fuit *Phallion* quidam, vt eſt in Captiuitatis lib. 1. c. 5. de quo ſi plus quiddam quæris, aſini, vt aiunt, vellus q̃ris.

CAPVT XI.

An Herodis pater & auus, præpotentes ac prædiuites fuerint?

NEGAT, quem quidem legerim; nemo ad ſummas opes ac potentiam perueniſſe tandem Herodis patrem; ſimplici, facili, minimeque attento & negotioſo Hyrcani Iudæorum Pontificis ac Regis ingenio dextrè, in rem ſuam, vel vſum vel abuſum. Id to-

Ioſ. l. 14. c. 17. Gorio. l. 5. c. 3. & 4.

Id tota ferè Hyrcani huius cum Ariſtobulo fratre de regno concertantis docet apud Ioſephum hiſtoria. Sed an præpotens ac prædiues ſemper is fuerit, ſiue an tantæ huius opulentiæ, potentiæq; à ſuo ipſe patre acceperit hæreditatē; ſiue, quod eodē reuoluitur; An Herodis auus præpotens etiam, prædiueſque fuerit; habere videtur quæſtionis aliquid. Aſſeuerat, ſolitâ illâ ſuâ confidentiâ, Scaliger affirmatiſſimè: *Antipas*, inquit, *Idumæus fuit vir acer & militaris, quem propter vſum multarum rerum, Alexander Iudæorum Rex, cognomine Iannæus, Alexandra eius vxor, quæ viro in regnum ſucceſſit, Idumææ præfecerunt, vt Arabum vicinorum & Gazenſium animos Iudæis conciliaret, eoſque in amicitia Alexandri & Alexandræ contineret. Huius viri honorati & fortiſſimi filius fuit cognominis patri, qui poſtea maluit dici* Αντίπατρος, *quum tamen idem ſit* Αντίπατρος, καὶ Αντιπᾶς. *Hic quoque fuit inſignis vir, Dynaſtarum ac Regum amicus, manu ſtrenuus, rei bellicæ, & artium illarum, quæ homines ad rerum faſtigia promouent, peritiſſimus. Huic filius fuit Herodes, qui poſtea* Rex. Audin', Lector, egregiè laudatum Herodis genus? Nonne, cum Achille illo, beati huius pater & auus, qui talem hodie nacti præconem? Et in Prolegomenis: *Auus Herodis Regis fuit vir ornatiſſimus, ſtrenuus dux belli.* At Chriſtianorum veterrimi apud Africanum, Euſebium, D. Epiphanium, D. Ambroſium; Herodis auum fuiſſe

l. 14. & ſ.

Anim. 148.

c.9. fuiſſe tradunt in Apollinis templo ad Aſcalonem hierodulum: patrem captum, vt ſuprà dixi, ab Idumæis, in Idumæa ſeruũ fuiſſe: auum verò illũ tenuem adeo ac egentem, vt ſuis iſtũ facultatib. redimere nõ potuerit:
hær. 20. ſed ἐξ ἐρανȣ̃ τῶν πολιτῶν, inquit Epiphanius, ſeu ex collatitio Aſcalonitarũ ciuiũ argento lytron collectũ, ſicq; Antipatrũ Herodis patrẽ cum Herode ipſo ad ſua, ſuoſq; Aſcalonẽ reuertiſſe. Nunc quib. potiſſimũ meritò credamus? Scaligerianæ nouitati, an Chriſtianæ antiquitati? Imò, dixerit fortè quiſpiam; non eſt hæc vlla Scaligeriana nouitas: ſed narrationẽ hanc ſuã ſicuti & iunior Egeſippus lib.1.c.14. è Ioſephi fontib. hauſit Scaliger. Eius. n. verba, quæ omniũ veluti pro-
An.148. bationem continent, ſunt hæc: *Quis poſt Ioſephum, alia de hoc Antipatro, & eius filio ſcire potuit, quæ Ioſepho ignorata fuerint?* Agnoſco Sca-
c.5. & 9. ligeri verba, q̃ & iã ſuprà ſemel ac iterũ nonnihil excuſſa. Sed I. ſi q̃ de Herodis patre ac auo tã ſplendida, tamq; p̃clara, & inſigni cũ virtute ac dignitate coniuncta cecinit Scaliger, cecinißet ante ipſum Ioſephus oĩa; illud tñ, quod ſedatè ſolerterq; ac prudenter ſecũ expendat homo Chriſtianus, ac pius, habet quilibet: Ecce Ioſephus Iudæus illud aſſerit: hoc verò S. Patres, veteresq; Chriſtianorum hiſtorici, imò ipſi *Deſpoſyni*, ſeu CHRISTI Domini propinqui, & ij quidem Herodianæ proſapię ſcrutatores diligentißimi, vt ſuprà di-

prã dictũ; Vtris me par potius credere? Cùm c.9.
ratio neque à Scaligero, neque ab alio vllo afferatur vlla ſed in ſola vel Iudæi vnius, quem aut falſitatis ac mendacij, aut improbæ reticentiæ multis in rebus conuinci certum eſt, vel in tot ac talium Chriſtianorum auctoritate, narrationis huius credibilitas tota nitatur; poteſtne prudentia, veritatiſq; amor ſuadere vllus, vt Iudæo illi potius, quàm hiſce tam laudatis ac ſynceris Chriſtianis aſſentiar? Ferat apud ſe, ac ſuæ in conſcientiæ tribunali quam quiſque volet ſententiam: ego aliud certè apud me ipſum ſtatuere non poſſum, quàm Iudæo illi hoſce tot ac tales anteſtare Chriſtianos, pluſque his quàm illi merito adhibendum fidei. Adde tamen II. non deeſſe adhuc alia, q̃ ad Scaligerianam Herodiani aui laudationem, aures moneant obſtruere. Nam q̃ de auo iſto refert Ioſephus, non refert velut certa, ſibiq; comperta: neq;, vti de patre loquutus erat; illa intrepidè ac ſimpliciter loquitur: ſed in vno λέγουσι, ſeu, *aiunt*, reponit omnia. quaſi prudentibus innueret, ſe nõ omnino iſthæc affirmare, ſed tantùm, quæ alij quidam, pænes quos fides ſit, narrarent. & inter hos fortè non poſtremus erat Herodianus ille, de quo anteà, Damaſcenus adulator. de quo & paulo ante dixerat: ταῦτα λέγει χαριζόμενος c.2.
Ἡρώδῃ. III. Ne Ioſephus quidẽ, alienâ ẽt fide, laudes illas, quas in auũ iſtũ congerit Scalig.

narrat

narrat omnes. Vbi in Ioſepho eum, quod primo ſtatim procemio decantat hic; *virum fuiſſe acrem* & *militarem*? Vbi, *fortiſſimũ* item fuiſſe, *ornatiſsimum*, *ſtrenuum belli ducem*, neq; ob cauſam aliam aliquam, quæ in honorib. opibuſque dandis ſolet apud Principes non raró eſſe multiplex; ſed *propter vſum multarũ rerum*, præfectura donatum? IV. Si auus ille toti fuiſſet Idumææ præfectus, aliquod alicubi eius ea in prouincia vel prædiorum, arcium ac opum, vel propinquitatum & affinitatum, vel amplarum illuſtriumque amicitiarum extaret in Ioſepho veſtigium. ſicuti de parente, cum ad meliorem aſcendit fortunam, & vel in Arabiam legatus miſſus eſt, vel cum Antonio, aliiſque Romanis ducib. arma tractauit; extant nonnulla. Quod veró, ſiue pater iſte aliquid agat, ſiue filius Herodes vxores ducat, in Idumęam fugiat, cum Arabibus aut Idumæis contrahat, aliudve operis moliatur quidpiam; vllum vſquam veſtigium? Tinnulæ igitur ac meræ aſſeuerationum nimisquàm audacium nugæ ſunt ea, quibus Herodis auum ornat Scaliger, emblemata: nimiæ, quas vel ab ortu velut hæreditarias patri accenſet opes, & dignitas: nimiæ vtriuſque laudes, & *fortitudinis*, *acritatis*, *militarisq; gloriæ* ornamenta.

CAPVT

CAPVT XII.

In Herodis genere alia Scaligeri ſeſquipedalia.

NON *quacunque manu victima cæſa litat.* Mart.
Nouatorem noua ſemper decent ſomnia: & quis Herodis ſtemma illuſtraſſet feliciùs, quàm qui *Burdones* illuſtriſſima Scaligerorum Principum luce tam feliciter donauit? *Itaque*, inquit, *Herodi clarum fuit genus ab auo vſque.* p.248. Sed perobſcurus & peregens fuit auus hic, Apollinis in Aſcalonitano fano ſeruus, vt ſuprà dictum. c.11. Pergit tamen Scaliger; *Quo magis mirandum eſt, Africanum prodidiſſe, Antipatrum Herodis patrem ab Arabibus captum, propter penuriam rei domeſticæ non potuiſſe redimi.* ib. Magis verò mirãdum potius, Chriſtianum Chriſtiano, tanto tamque graui & cano teſti non credere, alios præſertim ſe adhuc maiores laudanti teſtes. Nec tamen is *ab Arabibus*, vt ait Scaliger; ſed *ab Idumæis* captum illum dixit. Pergit Scaliger: *Quæ certè fabulæ ſunt, in odium Herodis ab ocioſis hominibus conficta.* Fabulator ergo Africanus? fabulatores ij, à quibus id ille accepit, δεσπόσυνοι ſeu *Dominici*, id eſt, CHRISTI IESV Saluatoris ac Domini cognati? Neque *fabulatores* tantùm, iſti omnes, ſed & *homines ocioſi*? Malè ocio, malè manu calamoque abutitur, qui, vt in Nouatoribus emineat omnibus;

Q talibus

talibus nitidiſſimas Chriſtianorum primitias collutulare audet conuicijs. Sed, *quomodo*, ait, *Herodes potuiſſet regnũ adipiſci, niſi claro genere prognatus fuiſſet?* quaſi obſcuriſſimi, teterrimiq; nulli tyrãnidem vnq̃ occupaſſent. *Niſi & ab eo patre prognatus fuiſſet, quem non ſolùm virtutes propriæ, ſed ẽt generis ſplẽdor aliquis commendaret.* Legatur vel vnus ille, cuius videri voluit Scaliger; teſtimonio confidere; Ioſephus. & inuenietur quemadmodũ nullo vnq̃ generis ſplendore, aut paterni auitive ſanguinis cõmendatione, ſed audaciâ, obſequiis, largitionib. fraudib. Regumq;, ac Regalium cędibus, ad regnum impius graſſatus ſit. Non vtor illo ẽt argumento, quòd ipſe i-
p.248. Ani. dem *Ioſephus*, vel, ipſo teſte Scaligero, *vocat eum* οἰκίας δημοτικῆς, καὶ γένους ἰδιωτικοῦ, *plebei generis, & priuatæ domus*. Latius enim patẽt nomina hæc, quàm vt ſolos complectantur *infimos* ac *vulgares*. Nec illud etiã vrgeo, quòd Herodiano generi δυσγένειαν exprobrauit
l.15.c.4. *Mariamme*, id eſt, *generis vilitatem* ac *ignobilitatem*. Hoc enim, etſi magnum; explicarit fortè aliquis per comparationem ad genus aliquod præſtantius. Sed illud in Scaligero non ferendũ, quòd vetuſtiſſimis optimiſq; antea citatis auctoribus vnum affingit argumentum, quod, præter ipſum, nemo finxit vnquam. *Herodes fuit crudeliſſimus: filios ſuos, vxorem, amicos interfecit: multa exempla ſæuitiæ edidit. Ergo fuit nouus homo, ignobilis, vile mancipium.*

cipium. Sanè conſequentia non procedit. Vtique non procedit. ſed extra Scaligerum, eam ad hodiernam diem quis texuit? Subdit attamen adhuc: *Neque odium ſcriptorum vnquam faciet, vt alius fuerit ab eo qui fuit.* quaſi ſolo hominis odio, & non veritatis, quam illi ſemper antiquiſſimam habuerunt, amore iſta de Herodis auo ac ſtemmate ſcripſerint antiqui. At profectò neq; erga Herodē Scaligeri amor, neque in Veteres Patres odium vnquam faciet, vt vel ille ab eo, qui fuit, vel hi ab iis, qui fuerunt, alij ſint. Libet verò, quę à Græcis mutuatum ſe fatetur S. Ambroſius, hic aſſcribere: *Fertur*, ait, *ab his, qui ſiue argumentati; ſiue ſimpliciter docentes, ſiue, vt verè aſtruentes tradiderunt nobis. quia Idumæi latrones Aſcalonem vrbem Palæſtinæ ingreſſi, de fano Apollinis, quod vicinum muris erat, Antipatrum Herodis cuiuſdā hieroduli filium inter alios abduxere captiuum, quē pater redimere propter paupertatē nequiuit. Is igitur imbutus diſciplinis & myſteriis Idumæorū* (Sic legendū) *Hyrcano Iudææ Regi amicitia copulatur, quē pro ſe ad Pompeium Hyrcanus legatū direxit: & quia legationis fructu potitus eſt, per eā gratiā, partem regni affectauit.* Nullam, inquit Scalig. *partē regni Antipatrus iſte affectauit: neq; ill i ſanè Hyrcanus dediſſet.* Multa multi affectant, q̄ non ideo iis dantur. ſed tn̄ regni partē affectauit Antipater, dū ſuis effecit artib. vt pænè ſolo nomine Hyrcanus, ipſe autem re Rex eſſet, quemadmodū in Ioſepho

l. 3. in Lucam.

In Trol.

Digitized by Google

ſepho apparet lib. 14. c. 17. Quod autem legendum, *Idumæorum*, monebam, cum in editis ſit, *Iudæorum*, id cum ex hiſtoria ipſa, tum ex Euſebio intelligitur, apud quem ipſe Antipater dicitur τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἐντραφεὶς ἤθεσι. Et ſimile in Ruffiniana Ioſephi verſio-
c. 1. p. 124. ne, libro 5. inhæret mendum, vbi *ſuperiorem*
obſ. l. 14. c. 13. *Idumæam* pro τὴν καθύπερθεν Ἰουδαίαν legimus. ita vt inde non liceat, quod voluit Druſius, colligere, vrbes ibidem recenſitas eſſe *in Idumæa*, *Gazam* nimirum & *Aſcalonem*; ſicque qui *Aſcalonita* eſſet, Herodem, poſſe idcirco & *Idumæum* appellari.

CAPVT XIII.

Iudæorum tabularia, vt ſuam tegeret ignobilitatem, comburi iuſſit Herodes.

DE Alexandro Seuero ſcribit Lampridius: *Volebat videri originem de Romano-*
in Rabb. l. c. *rum gente trahere. quia eum pudebat Syrum dici. maximè quod quodam tempore feſto, vt ſolent, Antiochenſes, AEgyptii, Alexandrini laceſſiuerant eum conuiciolis, Syrum Archiſynagogum eum vocantes & Archierea.* ſic & Herodem vocari alienigenam ac ignobilem pudebat: ideoque genealogicas Iudæorum tabulas Vulcano addicere, flammiſque penitus delere insti-
l. 1. hiſt. c. 7. tuit. Euſebius Ἀναγράπτων εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις ὄντων τῶν Ἑβραϊκῶν γενῶν, καὶ τῶν ἄχρι προ-

σηλύ-

σηλύτων ἀναφερομένων, ὡς Ἀχιὼρ τοῦ Ἀμανίτου, καὶ Ῥοὺθ τῆς Μωαβίτιδος, τῶν τε ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντων ἐπιμίκτων, Ἡρώδης οὐδέν τι συμβαλλομένου τοῦ τῶν Ισραηλιτῶν γένους αὐτῷ, καὶ τῷ συνειδότι τῆς δυσγενείας κρουόμενος, ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς τῶν γενῶν, οἰόμενος εὐγενὴς ἀναφανεῖσθαι τῷ, μήδ' ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας ἢ προσηλύτους, τούς τε καλουμένους γειώρας, τοὺς ἐπιμίκτους. Cuius hiſtoriæ veluti ſummam ita breuiter & clarè ſanctus expoſuit Ambroſius: *Herodes conſcius ignobilitatis ſuæ, ne qua poſteris ſuis, vel de præſcripto veteri, quæſtio moueretur, ſcripturas eorum* Iudæorum *incendit, exiſtimans, quod ſi indicia de publico ſuſtuliſſet, nullis aliis teſtimoniis clarere poſſet, quin de* Patriarcharum *vel proſelytorum veterum genere emanaret.* Num & hunc, vt Herodis ſui claritatem, generiſque ſplendorem tueatur Scaliger, ignem obſcurare, ſolitaque audaciâ, penitus extinguere audebit? Sed alium ipſe nouum, quo veterum ſi queat; dogmata & narrationes concremet; hac in re ignem excitat. qui ſequentibus iam relinquatur capitibus. *l.3. in Luc.*

CAPVT XIV.

An ortus ſui die octauo circumciſus Herodes, eiuſq; pater?

HERODEM, Herodiſque patrem die ortus ſui octauo circumciſos exiſtimat Scaliger: idque non aliqua vel Ioſephi vel alius *Anim. 147.*

lius alicuius præeuntis ratione inductus: ſed vnâ ſuâ tantùm coniecturâ, quòd ante annos pænè 90. Idumæi circumciſionem legemq; Moſaicam ſuſceperint. Qui ergo Herodis maiores tum vixere, ij circumciſi fuerunt, & alij deinceps eo tempore, quo præſcribebat lex. In his autem fuit Herodes ipſiuſque pater. *Ridiculum*, inquit, *à patre circumciſum fuiſſe, quum octauo die ab ortu ſuo, quemadmodum reliqui Iudæi, circumciſus fuerit.* (In Proleg.) At ſi coniecturæ huic reſponderi commodè poſſit, & aliunde bona quæpiam, quæ aliud oſtendat, ſeſe det auctoritas, nonne Scaligeriana illa rectè contemnatur opinio? Nunc verò conſtitutum iam ſuprà; Herodem ac Antipatrum, non propriè gente ipſa Idumæos, ſed Philiſthæos eſſe, *Aſcalonitas* nimirum. (c.9.10.) qui tamen apud Idumæos ſeruitutem ſeruierint: & verò apud eoſdem natus etiam & enutritus Herodes. Non ſolebant verò alienigenæ ad circumciſionẽ cogi ſerui: ſed& ſi voluntate illam ſuâ expoſcerent, in eos erat non indiligenter inquirendum, vt à me oſtenſum alibi; (in c.1. Ruth.) & magnũ velut beneficium ea iis concedenda. Antipatrum verò, in illa ſeruitute cum eſſet; circumciſionem neq; ſibi, neq; ſuo Herodi petiiſſe, poteſt ex eo conijci, quòd liberari, & ad ſuos redire optaret: ideoq; & pecuniariæ ad ipſius redemptionẽ ab Philiſthæis Aſcalonitis miſſæ in Idumæá ſymbolæ ſint, prout ante dictum, ſicq; Scali- (c.11.& 12.)

geri

geri coniectura cùm facilimè, tum clariſſi-
mè tollitur. Auctoritas verò ſeſe offert S.
Epiphanij, qui Antipatrum, Herodemq; ait *hær.20.*
circumciſos poſteaq̃ Iudææ procurator fuit
ille conſtitutus. Fuit aũt à Cæſare conſtitu-
tus, poſteaq̃ ſuam huic ad Peluſium operam
probaſſet, ac è Syria diſcedentem proſequu-
tus eſſet, vt in fine capitis XV. lib. XIV. nar-
rat Ioſephus: Καῖσαρ ὑρκανὸν μὲν ἀποδείκνυσιν ἀρ-
χιερέα, Ἀντιπάτρῳ δὲ δίδωσι δυναστείαν, ἣν αὐτὸς
προαιρεῖται. τοῦτον ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενος τὴν κρί-
σιν ἐπίτροπον αὐτὸν ἀποδεικνὺς τῆς Ἰουδαίας. Et cap.
XVI. ὡς Καῖσαρ περιπέμψας ἐκ τῆς Συρίας Ἀντί-
πατρος, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν. Erat aũt tũc
Herodes annor. XIV. vel XV. ſi lectio, q̃ in
Ioſepho eſt, capite ſequ. 17. retineatur. Ei.n.
Galilæam tũ gubernandã tradidit pater νέῳ
παντάπασιν. ὄντι ιέ γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη. ita
vt eadẽ pęnè cũ circũciſo Iſmaele circũciſio- *Geneſ. 17. 25.*
nem ceperit ætate. Dixi tñ, *ſi retineatur illa Io-
ſephi lectio*. quia qui eam, à Gorionide tñ He-
bræo l.5.c.3. approbatã, ſolicitẽt, & 25. pro 15.
annis reponãt, vidi è diligentibus ac eruditis *Dekerius diſp*
temporũ putatorib. nõnullos. Sed vt S. Epi- *de anno ortus*
phanij laudata magis pcipiatur auctoritas, *Sal. f. 22.*
æquũ hic eius adnumerari verba: ὕστερον (poſt *Kepl. in Sylua*
reditum ſcilic. è captiuitate Idumæa in Phi- *Chron. p.31. 32.*
liſthęã Aſcalonẽ) ἐφιλιώθη Δημητρίῳ (ὑρκανῷ in Eu-
ſebio & Amb.) καὶ ἐπίτροπος κατέστη ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας. Ἐν *l.1. hiſt. c.6.*
γνώσει δὲ γέγονεν Αὐγούστῳ βασιλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπιτροπεύ- *& 7.*
ειν, προσηλυτεύει: περιτέμνεταί τε καὶ αὐτὸς, καὶ περιτέμνει *l.3. in Lucam*

ἡρώδην τὸν υἱόν. *Poſterius amicus factus eſt Demetrio* (Hyrcano) *& Iudææ Procurator conſtitutus fuit. In cognitionem Auguſti Regis deuenit: & poſteaquam procurationem eam adiiſſet, fit proſelytus, Circumciditur ipſe, & Herodem circumcidit filium.*

CAPVT XV.

An proſelytus Herodes? eiuſq́; pater, & auus?

FATETVR quidem Scaliger aliquos ex Herodis maiorib. *proſelytos* fuiſſe, quando nimirum ab Hyrcano Idumæi ad Iudaicos adacti ritus. ſed neque auum, neque Patrem, multoq́; ipſum Herodem minus *proſelytum* vocandum vult. *Neque*, ait, *rectè Herodes* προσήλυτος *dicitur* 103. *quum eius auum certum ſit, proſelytum non fuiſſe. qui fuerit, poſtquam ab Hyrcano Idumæi ſunt domiti. & fortaſſe ne proauus quidem fuit proſelytus, ſed circumciſo prognatus.* Et alibi: Προσήλυτον *Herodem quis fuiſſe concedat, quum, vt iam diximus, nullum diſcrimen eſſet Iudæi & Idumæi?* Et poſtea: *Igitur Herodes neque* προσήλυτος, *neque* ἀλλόφυλος *fuit.* Rationes dum quæro, duas inuenio. Vna eſt illa ſuperius non ſemel iterata: Herodem Ioſephus *nuſquam* προσήλυτον *aut* ἀλλόφυλον *vocat.* Altera: Proſelytorum filij non ſunt proſelyti. Nam nec libertinorum filij libertini. *Idumæi ſanè, ait, illi, quos debellauit Hyrcanus, &*

An. p. 151.

Prolegom.

legem

legem Moſis accipere adegit, verè προσήλυτοι *erãt. Poſteritas eorum* προσήλυτοι *non potuerunt dici. quia* προσηλύτου *filius,* προσήλυτος *aut* γειώρας *nunquam vocatus fuit. quemadmodum Horatius libertino patre natus, ingenuus, non libertinus dicebatur.* Dicam verò, res vt tota liqueat; ordine nonnulla.

I. Qui ex alia gente ad Iudaiſmum accedebant, eiuſq; myſteriis initiabantur ij, Græcis & Latinis, *proſelyti*, Hebræis verò *gerim*, & in Rabbinor. libris, vt ait Elias, *gerurim* ac *meguierim*, *mithagierim* & *mithiehudim* appellari. *Thiſ. in Ger & gaiar.* Ab Hebræo aũt *ger* & Rabbinico *gaiier* factũ Chaldæum *giior* & *giiora*: hinc verò apud 70. Exo. 12. v. 10. γειώρας, licet paulo ſtrictiùs videantur interdum γειῶραι ij tantùm Euſebio eſſe, qui ex Ægypto cùm Iſraelitis exierunt, proſelyti. *l. 1. hiſt. c. 7.*

II Herodis *auum ac proauum non fuiſſe proſelytos, dicit Scaliger, dico & ego.* ſed diuerſiſſima nobis ambobus ratio. Ille ſiquidem proſelytos negat, quia proſelytorum filij ac poſteri: ego autem, quia, vt ſuprà oſtenſum; illi Philiſtæi, & in Aſcalonitano Apollinis templo Gentiles hieroduli. *c. 11.*

III. *Antipater, eiuſque filius Herodes proſelyti ambo fuerunt*, quia vterque poſt vitæ ſuæ annos aliquot ex aliena gente ad Moſaicos ritus, ipſamq; circũciſionem venit, vt monſtratum capite ſuperiori. *c. 14.*

IV. *Falſum eſt, proſelytorum filios, ac nepotes,*

ſeu poſteros aliquos vocari nunquam poſſe proſely-tos. Licet.n.quoad religionem & ſacra omnia non nepotes modò & filij, ſed ipſi etiam pri-
v 13.14.15. 26.30. mùm circumciſi, Iudæi iam eſſent, neq; inter Iudæos natos & factos, in his, diſcrimen eſſet, prout Numer. 15. ſæpiùs traditur: in aliis tamen, quę ad connubia, dignitates, aliaque ſimilia intererat aliquãdiu non parum, eſſetne aliquis ex Abrahæ, Iſaac, & Iacob ſemine, an verò à patre, vel auo, ac proauo, cui alia quidem gens, aliuſq; diuinus cultus fuiſſet; ad Iudaicum tamen ſeſe cultũ tranſ-
v.7.8. tuliſſet. Deuteron. 23. *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt: nec Ægyptium, quia aduena fuiſti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Eccleſiam Domini.* Etiamſi, ait eum in locum Raſchi, Ægyptiorum maiores Iſraeliticos in aquas proiecerint infantulos, qui ex his tamen orti fuerint, Iudaicæque ſeſe religioni dederint, ij in Iſraelitici populi Eccleſiam recipiendi erunt, non primâ ſtatim generatione, vel ſecundâ, ſed tertiâ. idque, propter Iudæorum in Ægyptia terra peregrinationem, priuilegio ſingulari. Sed iam de *ger* aut *proſelyti* nomine, prout inſtitui, probemus. I. Iuſſit Da-
v.2. uid Rex 1. Paral. 22. ad cæduam ædificandi templi materiam, omnes è toto Iſraele conuocari *proſelytos.* certè non patres tantùm & auos, ſed & horum filios ac nepotes, qui per ætatem, corporumque vires ad opus apti erant.

rant. II. Numerauit Salomon omnes, qui in terra Iſrael erant, proſelytos, 2. Paral. 2. & v. 17.
inuenti ſunt 105600. An verò in cenſu ac ſumma iſta ſoli patres, non eorum & filij & Nepotes, Pronepotes etiam fortaſſis, & abnepotes conſummantur? III. Cum qui Pentecoſtes die, Apoſtolos linguis variis loquentes audiebant, ſe dicerent Parthos, Medos, Ælamitas, alioſque aliis ex Gentibus Iſraelitas, adiecerunt etiam Iudæos & Proſelytos. Quinam iſti? an qui circumciſione primùm inſigniti erant? an Patres quidem ad proſelytos, filij verò & Nepotes ad Iudæos ſpectabant? IV. *In Pirke Auoth* Com- c. 5.
mentario, dicitur: *Coram Proſelyto, in decimam vſque generationem, ne Aramæum contemnas.* id eſt, corā eo, qui etiam à decima ſuorum maiorum generatione proſelytus eſt. V. Si proſelyti filius, eo ipſo quòd Proſelyti filius erat, nullo amplius modo vel proſelytus, vel alienigena fuit, ad quam è XII. tribubus, tribum ſpectabat? VI. Non dicam de his proſelytorum filiis quid Iudæi quidam aiant; ſed, vt omnis tergiuerſandi Scaligero præcidatur anſa, illud dico, non deeſſe qui & Herodem, & eos, qui ab ipſo proſati, Herodiadas, eius nimirum patris nepotes & pronepotes *gerim* ſeu *proſelytos* nominent: In *Iuchaſin* certè dicitur, *in diebus* f. 18.
Hillelis fuiſſe quidem Iudæorum Regem Horodum: non tamen rectè, neque vti oportebat.

tebat. ſchebaiah ger ò hebed. id eſt, *quia fuit proſelytus aut ſeruus.* In Hebræo templi ſecundi Chronico, de Antipatro, eiuſq; filiis poſt Idumæos ab Hyrcano deuictos, additur; *hem*
f.95. *gerim bilbad, ve lo bene chorim,* id eſt, *Hi erant proſelyti tantùm, & non filii ingenuorum:* ſeu
f.35.b. *non ingenui.* In Seder Zuta: *In anno 103. lemalcuth haggerim* (id eſt, regni eorum, qui *gerim* erant) *is eſt templi ſecundi ædificati annus 440. mundi conditi annus 3558. venit Veſpaſianus, & vaſtauit templum, & in captiuitatem abduxit Iſraelem.* Quinam verò iſti *gerim*? Nonne *proſelyti*? Nonne ipſius filii, atque ad Hieroſolymorum excidium vſque, poſteri? Temporis profectò, narrationiſque ſeries id monſtrat: & clariſſimè *Seder Rabba*, in quo hic idē annus 103. dicitur *annus regni Herodis.* In *Le-*
f.30.b. *keth Katſir leſod habibur* vbi annorum Epochæ ponuntur; eſt inter alias etiam hæc: *A mundo condito, had malkuth haggerim, anni 3726.* id eſt, *vſque ad regnum eorum, qui gerim.*
lib.7.p.589. Quinam iſti *gerim*? Vertit quidem in *Emendatione temporum*, verba illa Scaliger ſic: *Ad regnum Hagarenorum*, & ſic *Agarenos* in ſuperiore *Sederis* loco verterat pridem Munſterus. At verò *Agareni* ſeu *Hagareni* Arabes ſunt ab *Hagar* Abrahæ ancilla, ipſorum matre: *quorum arx*, inquit Scaliger, *munitiſſima Pe-*
Em.tem.l.2. p.108. *tra*: quorum mentio, 1. Paral. 5. & Pſ. 83. dum dicitur: *Moab & Agareni, Gebal & Amalek.* Num iſtos iſti volunt his in locis intelligi? In

Sedere

Sedere Zuta, vt intelligantur, fieri non poſſe, iam oſtenſum: in hoc ipſius *Leketh* ſimiliter haud poſſe, oſtenditur. I. quia ſic à Scaligero diceretur Herodes *Arabs* eſſe. II. quia multo ante hoc deſcriptum tempus, erat Arabum Regnum: & apud eos erant *Aretæ, Malki* & *Phylarchi*. III. quia immediatè ante hoc eorum, qui *gerim*; regnum; dicitur ſic: *Ad regnum familiæ Chaſmonæorum* ſeu *Macchabæorum anni 3623.* immediatè verò poſt: *Had minian hannotſriim*, id eſt, *ad calculum Nazaræorum* ſeu *Chriſtianorum*. At inter *Chaſmonæorũ* regnum, & *Chriſtianorum* calculum & epocham, quod aliud apud Iudæos interiectum quàm *Herodis*, ac *Herodiadarum* regnũ? Ideoq; non legendum Hebraicè *Hagrim*, id eſt, *Agareni*; ſed *Haggerim*, id eſt, *Proſelyti*, qui ſunt, vt planum iam feci, Herodes, eiuſq; filij ac nepotes. Quod ita certum ac verum, vt de hoc ipſo iſtorum *haggerim* regno ipſemet ſcripſerit Scaliger: *Rectè olim interpretati ſumus regnum Herodis.* Et paulo poſt: *Suſpicio noſtra confirmata eſt, ex magno Computo Iudæorũ Germanenſium. Nam annus 3726. perſpicuè eſt initium Herodis à captis à Soſio Hieroſolymis.* Atq; hinc falſa cernitur tota ſecunda Scaligeri ratio: Prior verò, cum à Ioſephi ſolo petatur ſilentio, aliquoties exturbata iam eſt. & veterum, quos, nimio nouitatis cacoethe, ſemper culpitat Scaliger; manet ſententia, *Herodem eſſe proſelytum*, etiamſi cum patre proue- *l. 6. Emen. p. 613.*

ctiore

c.14. ctiore adoleſcentior, quod probatum tamē; circumciſus ipſe non fuiſſet. Ad *Libertinorum* verò ſimilitudinem dico duo. I. hæc & iura & nomina ex inſtituto eſſe. Alibi & alibi alia & alia eſſe hæc poſſe. II. etiam apud Romanos, quandoq; iis, qui è *Libertinis* eſſent, datum *Libertinorum* nomen, vt in Claudio notat c.24. Suetonius. Certè *Libertinos, nūquam in equeſtrem locum redegit* Alexander Seuerus, *aſſerens ſeminarium Senatorum, equeſtrem locum* in Alex. *eſſe*, prout ſcribit Lampridius.

CAPVT XVI.

Herodis mater, quæ & qualis?

l.14.c.12. I. CYPRVS ab Ioſepho nominatur Herodis mater: ab Euſebio, Cedreno, Georgio Syncello, Tzetze, aliis, *Cyprine*, aut *Cyprus*. Hanc iſtorū ab Ioſepho in vna litterula vel ſyllaba diſceſſionem reprehendit, qui in reb. tam multis & magnis licenter à veterib. quoties libitū, diſcedit Scaliger. At quid in omnibus pænè linguis vſitatius, quā nomina, præſertim propria, pauxillulum quandoq; mutationis accipere? Veneris quidem, à qua Iudæi abhorrebant, cognomen *Cyprus* eſt. ſed nū Iudæa nata Herodis mater? Nõne ab Scaligero ipſo, vti mox dicendū, Arabici dicitur generis? *Certum* verò *eſt*, inquit ipſe a-
Em.tem. p.487. in S. Hilar. libi, *Venerem præcipuū illius gentis nomen fuiſſe.* prout S. etiam teſtatur Hieronymus, & nupera Saracenicorum Sylburgiana editio. Et quis ſcit, an à Cypridis morib. valde abhorruerit,

fuerit, *Cyprus* hæc? Quod ſi verò mutationẽ in voce omnem reſpuit Scaliger, vocanda certè fuerit hæc non *Cypros* aut *Cyprus*, ſed *Copher*, vt, vnde hoc arceſſit ille nomen; in Canticis Hebraicè ſcribitur. A Gorionide l. 4. c. 17. *Kiparon* eadem vocatur. c. 1. & c. 4. 13.

Eandem *Idumæam* idem ſcribit Gorionides: *Arabiſſam* verò Ioſephus alter. vterq; *illuſtri* apud ſuos loco natam. & quidem Gorionides ille *regio*. Sed volunt Iudæi iſti, ne nimium ſuus ille Rex vilis videatur; eius aliquo illuſtrare modo familiam. At quemadmodum ſuprà dixi, nullum illuſtris, regiæq; huius aut propinquitatis aut affinitatis extat vſpiam ſymbolũ. Et quomodo Apollineum mancipiũ, in ſeruitutem abreptus illuſtrem regalemq; vxorem duxiſſet? cum ea in ſeruitute, donec emendicato veluti precio redimeretur, manſiſſet, ex eaq; Herodem ſuſtuliſſet? Sed ex hiſce tamen illud habetur auctoribus, exteram, alienigenamq; mulierem hanc fuiſſe, vt, parentis vtriuſque ratione, ἀλλόφυλος ſemper extiterit Herodes. ibid.

III. Imò, inquit Scaliger, *Herodis matrem, quanquam Arabiſſam, tamen Iudæam fuiſſe dicimus, quia acceperat ritus Iudaicos.* At hoc efficit, eam religione duntaxat, non gente, Iudæam tandẽ factam. Arenã tamen arenæ inædificat ille, cum ſubdit: *Aliter homini Iudæo nubere non potuiſſet.* quia vxorẽ alienigenã ducere vetuerat nõ *Moyſes* modo & *Nehemias*: ſed *Haſinu-* Anim. p. 149.

næi

næi etiam. Sed I. illam cum duxit Herodis pater, nondum erat, vt ſuprà concluſum; Iudæus. II. ētſi Iudæus fuiſſet, an non q̄ vetita eſſent, multa faciebant Iudæi? iſtis præſertim extremis Hieroſolymitani regni temporibus, quando prolapſiſſimi priuatim ac publicè mores erant: quando, vt loquitur Comicus;

Trin. *Leges miſeræ ad parietem erant fixæ clauis ferreis*
Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius?

Nehem. 13. Alienigenas vxores nonne ſacerdotum etiam multi & magni duxerunt? *Numquid non in huiuſmodi peccauit Salomon Rex Iſrael?*
*Anim.p.*149. Nonne, vt Scaligeriana loquitur affirmatio, *Iudæi, progreſſu temporis, deteriores facti, id ſibi tacito conſenſu permiſerant?* III. Et in omni Iudaicarum legum violatione maiorē in Proſelytis, (eiuſmodi erat Antipater) notarunt Rabbini licentiam; dum Iudæos ab eorum exemplo ſuos deterrent. *Vade*, inquiunt, *& vide ac diſce, quid in aurei vituli adoratione, quid in ſepulchris concupiſcentiæ acciderit.* Omnia enim hæc à Proſelytis mala.
*Exod.*32. *Num.* 11.

CAPVT XVII.

Herodis fratres cum ſorore.

l. 14. *Arch.c.* 12. *Gor.l.*4. *c.*17. *f.*95. EX *Antipatro* & *Cypro*, filij à Ioſephis, & tēpli ſecūdi Chronico tradūtur quatuor vnaque ſoror. I. natuque maximus *Phaſaelus*.

apud

apud Gorionidem, *Phaſea* vel *Phaſeas*, in
Chronico *Phaſelus* quem, vt antea dixi, & di-
ſertè admonent citati Ioſephi, facili, ſegni, &
incauto Hyrcani abuſus ingenio, Hieroſo- *l.14.c.17.*
lymis, lociſq; circumiacentib. præfecit Anti- *Gor.l.5.c.5.* *ſup.c.14.*
pater. II. *Herodes.* quem, ſi, vt ſupra dicebā;
nihil ægrotat Ioſephi numerus; annos natū
duntaxat xv. Galilææ præpoſuit pater. Vter-
que verò ab Antonio *Tetrarcha* factus lib.14.
Ioſ.c.23.p.440. & ille à Parthis captus poſteà,
& interfectus. eod.lib.c.25.p.443. III. *Phero-
ras* ſeu *Pherora.* qui in Hebræis paulò ante ci-
tatis è notâ, ſæpeq; à D.Hieron. notatâ litte- *in Iſa. c.8. 13.*
rarū duarū ד & ר ſimilitudine, ſcriptus men- *44.*
doſè *Pheroda.* IV. *Ioſeph.* quē ſuperiori tamen
anteponit l.14.c.12. Ioſephus. imo eum tem- *f.95.*
pli ſecundi Acta *primogenitū* nominant. eiq;
ſecundum faciunt *Phaſaelū*, tertium *Herodē*,
quartum deniq; *Pherorā*. Sororis eorum no-
men fuit *Salome*, in Hebræo *Schelomith*: ſed
falſum nomen. Fuit enim mulier turbarum
diſſenſionumq; machinatrix & conſarcina-
trix peſſima: Herodi fratri vt cariſſima, ita &
eo digniſſima. Viris ea nupſit tribus. *Primus*
fuit *Ioſephus* quidam, quem interfecit Hero- *inf.c.20.* *Chr.temp.2.*
des, Ioſepho teſte l.15.c.4. & c.11. & l.1.capt. *f.105.&106.*
c.16.p.700. *Secundus*, *Coſtabarus*. Idumæus è
maioribus, qui *Coze* Idumæi Dei ſacerdotio
functi; quem Idumææ Gazæque principem
initio fecit Herodes iam Rex: ipſa poſtea Sa-
lome repudiauit: demum verò etiam inter-

fecit ille idem Herodes, vt eodem loco refert Ioſephus. vbi *notanda duo. Vnum* eſt; hanc omnium primam apud Iudæos inueniri mulierem, quæ viro diſcidii libellum dare auſa fuerit. Ἀνδρὶ μὲν γὰρ, inquit Ioſephus, ἔξεστι παρ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν : γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ' αὑτὴν γαμηθῆναι, μὴ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος. *Viro enim apud nos id fas facere. Mulieri verò, etiamſi ſeparata ſit, ne licet quidem ſuo arbitratu nubere, niſi concedente viro.* Et hanc alia vna Magiſtram egregia ſequuta eſt diſcipula Herodias. de qua S. Matthæus c. 14. S. Marcus 6. S. Lucas 9. Ioſephus lib. 18. c. 8. *Alterum*; negari à Scaligero id, Coſtobarum hunc ab Herode, vti dicebam, in-

Anim. p. 159. teremptum. *Iſte*, inquit, *Coſtobarus, qui primus in Iudæa dimiſſus eſt ab vxore, ſoluto matrimonio abiuit: neq; illum Herodes necauit, vt commentus eſt Euſebius.* Et paulò poſt: *Vnde paretur patrocinium commento Euſebij, non video.* Si ſolus hoc narraret Euſebius, non deceret abſq; ratione, honeſtaq; cauſa, *commentū* ei, mendaciumq; aſcribere. Nunc de Scaligero quid cēſeam? Prorſus omnē eius vel memoriæ vel menti ac linguæ ſanitatem ademit inſana priſcis contradicendi, nouaq;, & indicta prius ac inaudita comminiſcendi rabies. Nō enim nullam modo rationem cauſamq; cur vanitatis Euſebium accerſat, affert: ſed contra ipſum etiam, quem hactenus tanti fecit, cuius vnius, in illum, veteresq; Chriſtianos,

aucto-

auctoritate præceps fertur; Ioſephũ, iſtud effutit ac deblaterat. Nã de Herode, φονεύει, ait ille, καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους αὐτῷ φίλους ΚΟΣΤΟΒΑΡΟΝ, καὶ λυσίμαχον, καὶ τὸν γαδίαν καλούμενον ἀντίπατρον. *Interficit & ſibi maximè neceſſarios amicos, COSTOBARVM, & Lyſimachum, & Gadian, vocatum Antipatrum.* An hic ad nouitatem omnem expaſſis Scaligeri faucibus non obſtruat lapis? *Tertius* demum Salomes vir fuit *Alexas.* apud Ioſephum libr. 17. c. 1. & 8. Ea verò tandem, poſt Herodem fratrem moriens, legauit teſtamento Auguſti vxori, Tiberii matri, *Iuliæ* Iamniam, Phaſaelidem, & Archelaidem, vbi palmarum prouentus optimi. Ioſ. l. 18. c. 3. *lib. 15. c. 11. p. 472.*

CAPVT XVIII.

Herodis vxores decem.

EA multis opinio eſt, *nouem* ſolummodo Herodi vxores fuiſſe, quia id aſſerere videtur Ioſephus lib. 1. Capt. c. 18. & Gorionides lib. 5. c. 32. At loquuntur iſti de vxoribus, quas Rex iam factus vel duxit, vel habuit ac retinuit Herodes, à quib. prima, de qua mox, excluſa. Et hoc iſta illius verba ſignificant, ἦσαν δὴ τῷ βασιλεῖ γυναῖκες μὲν ἐννέα. Eſt autem earum ex eodem Ioſepho catalogus hic. *Scal. Anim. p. 163.*

I. *Doris.* libr. 1. Capt. cap. 17. & 18. ſeu *Dore* libr. 14. Antiquit. cap. 21. quæ in Gorionide paſſim *Doſitheah*, vt libr. 5. cap. 27. 32. &c. Δημόσις eodem illo libr. 14. voca-

vocatur, id eſt, plebeia, quã cum *ἰδιώτης* adhuc ſeu priuatus eſſet, Herodes duxerat l.1. capt.17. *ἡ γένος ἦν ἐξ ἱεροσολύμων, quæ genere erat ex Hieroſolymis.* ideoq; *ἐκ τοῦ ἔθνους* lib.14.c. 21. id eſt, *è gente.* quæ, per excellentiam, intelligitur Iudaica. vt male vertant, qui vxorem illum ſibi adiunxiſſe vertũt *è ſuis popularibus*, vel qui *Doren* ab *Dora* Palæſtinæ vrbe vocatam exiſtimant. licet nec illud, quod innuere videtur Gorionides; allubeat, dictam videri quaſi *δωρονῖα* quæ ſit *δόσις*, ſeu *donum τοῦ θεοῦ* aut *τῆς θεᾶς*, *Dei* aut *Deæ*. Hanc verò vxorem, quia plebeia, vt dixi, erat, poſteaquam regni capeſſijt ſoliũ; repudiauit Herodes ilicò. l.1.Capt.17. quamuis magno eius ardens amore, ipſam adhuc poſtea, cum eam, quæ iamiam ſequitur, interemiſſet; reuocarit lib. 16.c.6.

II. *Mariamme.* quæ aliquo cum mendulo paſſim *Mariamne*, ſicuti & cum *Iamnæus* dicitur, qui Alexander *Iannæus* Rex, Hyrcani filius. cumq; illa ſit, quæ apud Hebræos *Miriã* aut *Mariam*, apud nos *Maria* dici ſolet, ita in Hebræo ſuo eam potius vocare debuit Gorionides quàm *Marimen* aut *Marimin*, ſicuti & *Mariamen* vocauit Ruffinus, cuius ille non rarus imitator. Alexandro autem, cuius iamiam memini, *Iannæo* duo fuere filij *Hyrcanus* & *Ariſtobulus*, qui cum, vario euẽtu, de regno inter ſe digladiati ſunt, Herodi tandem ad regnum viam ſtrauerunt. Sed Hyrcano illi

ſeſe

ſeſe adiunxerunt *Antipater*, ipſeq́; huius filius *Herodes*; eidemque & ipſius filijs ac poſteris Cæſar, Senatusq́; Romanus ethnarchiam & Pontificatum cõfirmarant. Ioſeph. l. 14. c. 16. quem ipſe demum necauit Herodes l. 15. c. 9. Eius verò filia fuit *Alexandra*, quæ Ariſtobuli filio nupſit *Alexandro*, qui cum Romanis manum etiam conſerere auſus fuit, l. 14. c. 10. & 11. tandemq́; â Scipione plexus eſt capite Antiochię, ibid. c. 13. l. 1. c. 7. Pontifexq́; appellatur l. 1. c. 10. & 18. Et hic ex Alexandra illa ſua, Hyrcani patrui filia, ſuſcepit cũ liberos alios, de quib. l. 14. c. 13. tum *Mariammen* iſtã, & *Ariſtobulũ* (Sic enim videtur legendũ) quẽ ętate, (annos natũ XVIII.) alijsq́; corporis ac ingenij dotibus magnis efflorefcentem nequiſſimè poſtea ſuſtulit è medio Herodes l. 15. c. 3. Fuiſſe autem *Alexandram* Hyrcani *filiam* oſtendit Ioſephus lib. 14. c. 21. lib. 15. c. 9. & 11. Gorionides l. 4. cap. 9. l. 5. c. 15. & 16. At obijcies, *Mariammen* ipſam vocari quandoque Hyrcani *filiam*. Reſpondeo, *filiam*, ſcripturæ more, vocari etiam *neptim*. & ſic ille nominatur ὁ πάππος, ipſa verò ἡ ἐγγόνη l. 1. capt. 17. & θυγατριδῆ ibidem cap. 10. l. 14. c. 21. & 25. ac 26. vbi *Alexander* fratris Mariammes, ideoque & ipſius Mariammes, *auus maternus* Hyrcanus, *auus paternus* Ariſtobulus narratur, dum non ſibi ſcilicet, ſed huic Ariſtobulo regnum Romæ petijt Herodes. & l. 15. c. 3. Eodemq́; modo Ariſtobulus dicitur ab Eu- *clarè Chron. temp. 2. p. 108.*

ſebio Hyrcani Pontificis filius in Chron. p. 156. quod à Scaligero miror, ſolitâ temeritate, non flagellatum: ſed noua potius phraſi auctũ, Anim. p. 158. cum Hyrcanum ait Herodis *ſocerum*. cum propriè Hyrcani gener, *Alexander* Herodis ſocer fuerit. Hanc autẽ ſicuti & eius auum *Hyrcanum* l. 15. c. 9. ac matrem *Alexandram* ibid. fratremq; *Ariſtobulum*
Chr. temp. 2. f. 106. Pontificem l. 15. c. 3. trucidauit Herodes l. 15. c. 11. cum eam tamen arderet, ac deperiret vnicè. l. 15. c. 4. θερμῶς ἀεί καὶ λίαν ἐρωτικῶς περὶ Μαριάμμην ἔχων: &c.

III. *Malthace* Samaritana l. 1. Capt. 18. quę in Gorionide l. 5. c. 32. *Malthaces*.

IV. *Cleopatra* Hieroſolymitana l. 1. c. 18.

V. *Pallas*. ibid.

VI. *Phædra*. ibid.

VII. *Elpis*. ibid.

VIII. *Conſobrina*. ſeu ἀνεψιά. ib.

IX. *fratris filia*, ἀδελφιδῆ. ib.

Ex quibus vnam facit Gorionides l. 5. c. 32. quæ vocata fuerit *Ærodiphilos*, quaſi Herodis φίλη & propinqua. non vt in Munſteri verſione *Adrophilos*.

X. *Mariamme altera*, Simonis (mendosè p. 557. τίμωνος) filia. qui *Simon* Boethi Alexandrini filius erat, ſimplexq; Hieroſolymitanus ſacerdos. Sed vt eius eſſet honoratior filia, cum efflictim amare hanc cœpiſſet Herodes; fecit illum Pontificẽ Maximum l. 18. c. 7. l. 19. c. 5. vbi *Chantheras* cognomento dicitur:

tur: fratresque duo cum patre, ab Agrippa, narrantur facti Pontifices. Ex his verò tot vxoribus fuere ἄτεκνοι, ſeu *abſq; liberis* duæ, *octaua* nimirum & *nona*, quæ ipſius propinquæ. ita vt in eo etiam à Gorionide nonnihil delictum ſit, quod ſuæ illi *Ærodiphilo* aſcribat liberos, qui è 6. & 7. ſunt. Aliis verò vxoribus omnibus proles fuit, prout ſecuturo iam conſtabit capite: in quo reliquarum octo recenſebuntur ordine filii ac filiæ.

CAPVT XIX.

Herodis filij ac filiæ, ſecundum Ioſephum.

I. E prima, plebeiaq; vxore Doride natus Herodi filius vnus, *Antipater*. l.1. capt. 17.18. l.14. Antiq.21. huicq; Samaritanus *Antipater* datus moderator l.17.c.6.

II. E ſecunda, eaq; nobiliſſima & regali, Mariamme Hyrcanea, filii tres.

1. *Alexander*
2. *Ariſtobulus* } educati Romę l.16.c.1.
3. ὁ νεώτατος, qui Romæ mortuus: & videtur eſſe ille, qui l.1. Capt.18. ἡρώδης vocatur. Nam & hoc teſtatur Gorionides l.5 c.32.

Ex eadem *filiæ duæ*. 1. Salampſio, 2. Cyprus } l.18.c7.

Digitized by Google

III. E tertia, Malthace Samaritana, duo filij.

1. *Archelaus*. de quo Matt. 2. 22. & ab Dione l. 55. vocatur *Herodes Palæſtinus*. vti rectè BARONIVS tom. 1. & cum aliqua dubitatiuncula Io. Keplerus Syl. Chron. p. 10. In Seder ſcribitur *Arkilos*, vel *Arkilaos*.

2. *Antipas*. l. 17. c. 13. & filiorum Herodis ὁ νεώτατος ſeu natu minimus dicitur l. 17. c. 8. qui ſimpliciter *Herodes* aliquando dicitur l. 2. Capt. 9. in titul. l. 18. c. 3. Gorion l. 5. c. 46.

Filia vna Olympias. quę in Gorion. Olympiadas. l. 5. c. 3.

IV. E quarta, Cleopatra filij duo.

1. *Herodes* }
2. *Philippus* } l. Capt. 18. Gor. 5. c. 32.

Quomodo igitur libr. 17. cap. 10. ab Ioſepho dicti γνήσιοι ἀδελφοὶ Archelaus & Philippus?

V. E quinta, Pallade, f. vnus, *Phaſaelus*.

VI. E ſexta, Phædra, *filia vna* Roxane }
VII. E ſeptima, Elpide, *vna item filia*, Salome } l. 18. c. 7.

VIII. E decima, Mariamme Simeonia, *Herodes* lib. 18. c. 7. vbi datur ei ὁμοπάτειος, non ὁμομήτειος, *Herodes* item nomine, Tetrarcha Galilææ. cui relicto Herode illo priore, viuo adhuc marito, nupſerit Hero-

Herodias:eumq; regio Agrippæ fratris ſplē-dore incitata perpulerit, vt Romam regni aucupandi gratia; proficiſceretur, lib.18.c.18.

Omnes ergo hic recenſiti liberi 16. filij 11. filiæ 5. ac forte alij fuerunt, vt infra innuetur. Certè ab Euſebio in Chronico *Lyſias* quidam numeratur inter Herodis filios tetrarchas, qui in Græco *λυσανίας* vocatus, ſicuti & hoc nomen legitur Luc.3.v.1. Fuit apud Ioſephū l.15.c.4. *Lyſanias*, accuſatu rogatuq; Cleopatræ ipſius ditionem aucupantis; ab Antonio interfectus prout etiam refert Dio; ſed is ibi Ptolemæi F. dicitur. Et Scaliger hunc quidem *Herodis filium negat, duos tamen ſtatuit Lyſanias.* Vnum quem Ituræ principem interemit Antonius: alterum, cuius meminit S. Lucas c.3. Sed cur non queat & *tertium* adijcere aliquis? quamquam vt adijciat, nulla quam quidem norim; cogit res.

p.62.

Anim. 163. & 164.

CAPVT XX.

De Herodis nepotibus ex eodem Ioſepho.

NVmeroſiſſimi è tot filiis ac filiabus, per varia connubia, Herodi extitere nepotes. de quibus quæ in Ioſepho notare iam potui, adnotabo. Ac 1. *Alexander* Herodis F. lib. 16.c.2. ex Mariamme primus duxit *Glaphyram* Archelai Cappadocum Regis filiam, è qua filij duo

1. *Tigranes* Armeniæ Rex, qui, ob ſui accuſationes Romæ factas, mortuus *ἄπαις*.

2. *Tigranes alter*, à Nerone Rex etiam Armeniæ conſtitutus cui filius Alexander, Leſidis Rex in Cilicia conſtitutus à Veſpaſiano & huic nupta Iotape Antiochi Comagenorum Regis filia. ib.

Hi autem duo Tigranes Iudaiſmo ab infantia fuere initiati, ſed ad Gentiliſmũ poſtea deſciuerunt lib. 17. c. 7. At lib. 2. ca. 19. tantum notantur Armeniæ magnæ Reges fuiſſe, ac eorum poſteriorem omittit Gorion l. 5. c. 32.

II. *Ariſtobulus* duxit Coſtobari Arabis, de quo ſupra, & Salomes Herodianæ ſororis filiam *Berenicen* l. 16. 2. & 11. lib. 18. 7. vnde filij tres, & filia vna.

1. Filius, *Agrippa Rex*, qui ſæpe *Agrippa magnus* aut *maior* appellatur l. 18. c. 7. Fuit enim Herodis magni regno (licet non toto, neque ipſa etiam Iudæâ, quæ poſt Archelaum, Romana facta erat prouincia) & Trachonitidis, Gaulanitidisq; tetrarchia, deniq; ipſo etiam Lyſaniæ regno donatus, l. 2. c. 18. p. 734. Vxor ei *Cyprus*, de qua paulo poſt: & ex ea filij duo & filiæ tres lib. 18. cap. 7. lib. 2. cap. 19. p. 724. Filius 1.

I. *Agrippa iunior*. Romæ apud Claudium educatus, & morienti patri ſuperſtes annum agens XVII. lib. 19. cap. vltim. lib. 20. c. 1. *Druſo*, eiuſque vxori Antoniæ gratiſſimus lib.

lib.18.cap. 8. factus Rex tetrarchiæ Philippi lib.18. c. 8. p. 565. Rex Chalcidis à Claudio poſt Herodis patrui mortem lib.2.cap 19. Eiuſque regno adiecit Nero toparchias & vrbes quatuor 1. *Abilam*, 2. *Iuliadem*, 3. *Tarichæas*, 4. *Tiberiadem* lib 2.cap.22. Et à bello contra Romanos longa oratione auocare ſtuduit Iudæos, præſente ſorore ſua *Berenice*, lib.2. c.22. variaque tum & tulit & fecit. expulſus ab illis Hieroſolymis c. 29. incenſisq; ipſius, & ſororis palatijs c.31. Et de hoc S. Lucas Act. 25. ſimulq; de eadem eius ſorore Berenice, v. 23. Superſtes fuit Hieroſolymorum excidio, & quidem vſq; ad annum Traiani tertium, vt in Tiberiadenſi Iuſto antea citato refert Photius, licet Chriſtianorum Iudæorumque nonnulli videantur eum in vrbis illius cineribus omnino ſepelire. quia nimirum Iudæorum tunc metropolis & gloria concidit. Fuit autem, vt ab eodem ibidem Photio dicitur, Herodiadarum Regum vltimus. *Anim.**Anim.* 76. *inf. c.* 21.

2. *Druſus* ante pubertatem mortuus l. 18. c.7. filiarum prima eſt *Berenice* nupta Herodi patruo. quæ annorum erat 16. cum moreretur pater l.19. c. vlt. & vocatur *Regina* 2. bell. ca.26. vbi, nudipedalia cum ageret, Florum pro Iudæis nudipes orauit.

2. *Mariamme* annorum 10. cum moreretur pater, à quo ſponſa erat *Iulio Archelao* filio Chelciæ, l.18.7.

3. *Druſilla*, quæ moriente Patre annorum erat

erat 6.& ab eo ſponſa erat Epiphani F. Regis Commagenorum ibid. Nupſit autem *Felici* Præſidi. Act.24.v.24. Sed poſtea ſignificatur *Rex Chalcidis*, penes quem, eiuſq; poſteros ius ſtolæ, ac dandi pontificatus vſque ad templi excidium l.2.c.18.l.19.c.7.

Eſt autem *maior Agrippa* hic *Herodes ille*, qui Act.12.*S.Iacobum* Apoſtolum capite truncauit, *S.Petrum* in carcerem coniecit.

Ariſtobuli filius fuit *Herodes* l.19.cap.vlt.l.20.c.1. vbi *Rex* dicitur, mendoſeque in Ioſepho l.18.c.8.*filius Agrippæ* legitur, pro *fratre* vt ex l.2.c.19.p.754. patet. Sicque ibi recte poſuit *fratrem* Gelenius. Vxores duas habuit. Vnam *Mariamn en*, quæ filia fuit Olympiadis filiæ Ioſephi fratris Herodis Magni l.18.c.8. Ex hac ei filij duo *Herodes* & *Ariſtobulus* l.18.c.7. *Ariſtobulus Salomen* duxit filiam *Herodiadis*, & Herodis, qui Herodis Magni filius: & factus idem *Ariſtobulus* à Nerone minoris Armeniæ Rex l.2.c.22. Ex eadem vxore, vna etiam ei filia *Berenice*. Vxor altera fuit *Berenice* filia fratris ſui, è qua ei *Bernicianus*, & *Hyrcanus*. De hoc autem Herode, vel eius fratre A- *Anim*, 174.
grippa maiore nummum interpretatur Scaliger; in quo, ἡρώδης βασιλεὺς φιλοκλαύδιος, ex Ioſepho l.20.c.1.

3. Ariſtobuli filius, *Ariſtobulus*, ὁ νεώτερος l.20.2.1. qui priuatus ſeu ἰδιώτης vixit 2.c.19. ducta *Sampſigerani* Emeſenorum Regis filia *Iotape*. vnde & ipſi filia *Iotape* lib.18.cap.7. Et

iſti

iſti omnes à moriente parente relicti *νήπιοι* l.18.c.7.

Filia verò illa Ariſtobuli vna, quæ trium iſtorum fratrum ſoror; fuit *Herodias*, quæ Herodi Herodis M. & Mariammes alterius, ſeu Simoniæ filio nupſit, & filiam genuit *Salomen*. eaq; in lucem edita viuum illum ſuum deſeruit maritum, & ſe fratri eius *ὁμοπατρίῳ* iunxit *Herodi*, Galilææ tetrarchæ l.18.c.7. Illa verò filia *Salome* nupta *Philippo* tetrarchę Trachonitidis: ſed cum hic *ἄπαις* è viuis exceſſiſſet; matrimonium inijt illa cum *Ariſtobulo* filio Herodis illius, qui Agrippæ frater, & ex eo matrimonio nati filij tres, *Herodes*, *Agrippa*, & *Ariſtobulus*. *Matth.* 14.

III. *Salampſio* nupſit *Phaſaelo* *ἀνεψιῷ* ſeu patrueli ſuo, filio Phaſaeli fratris Herodis M. vnde filij 3. filiæ 2. l.18.c.7.

I. *Antipater*, qui duxit *Cyprum* filiam Herodis M. & Mariammes prioris, ex eaq; ſuſcepit filium matri cognominem Cyprum. quam ſibi connubio iunxit *Alexas* Selcios, filius Alexæ. indeq; rurſum *Cyprus* alia.

2. *Herodes* } *ἄτεκνοι* l.18.c.7.
3. *Alexander.* }

filiæ. 1. *Alexandra*, quæ Cyprio cuidam honoratiſſimo iuncta, fuit etiam *ἄτεκνος* c b.d.

2. *Cyprus*, quæ *Agrippæ filio* Ariſtobuli nupſit.

vnde

Digitized by Google

vnde filij 2. & filiæ 3. in Agrippa iam ſuprà memoratæ.

IV. *Cyprus* nupta filio Salampſius & Phaſaeli *Antipatro*, vt ſuprà.

V. *Archelaus* duas habuit vxores. Vnam, *Mariamnem*, quam eiecit, l. 17. c. vlt. Alteram, *Glaphyram* fratris ſui Alexãdri antea vxorem. è qua cum proſeuiſſet hic liberos, prout antè vidimus, fas Archelao non erat, eam ſibi copulare, quemadmodum ipſemet notat, lib. 17. cap. vltim. Ioſephus. Ea verò, antequam ad Archelai nuptias accederet, ſeſe poſt Alexandri mortem, *Iobæ* ſeu *Iubæ* Libyæ Regi, qui à Gorionide l. 5. c. 44. *Iobab* dicitur, coniunxerat. Vnde, cum Hieroſolymæ in Archelai thoro iam eſſet, ei eiuſcemodi ſomnium refert indicato loco Gorionides obiectum: *Videbat quaſi ſibi aſtaret Alexander primus maritus. quem cum cuperet amplecti, repulſam paſſa eſt ab eo dicente ſibi: Deſine à me & noli me tangere. An non erubeſcis me tangere, quæ, poſt me, nupſiſti Iobab Regi Libyæ? Sed nec hoc ſatis fuit tibi, niſi & maritum acciperes Archelaum fratrem meum, in cuius domum ingreſſa es in confuſionem meam. Et iurans dixit. Non feram opprobrium iſtud, donec vltionem ſumpſero de te, & de Archelao fratre meo, qui hanc ſtultitiam tecum egit. Euigilãs deinde mulier, retulit ſomnium puellis ſuis, viuensq; biduo, poſt ſomnium ſuum, mortua eſt.* Subditur & ipſius Archelai ſomnium, quo per *ſpicas nouem*, quas bos depaſceretur, ſignifica-

ficabantur nouem tantum regni eius anni. Sed Ioſephus lib.17.ca.15. *ſpicas* ait *decem*, ſomnijq; interpretem nominat Simonem Eſſęum. Deſignatus autem teſtamento fuerat à moriente patre Herode M. Rex l.17 c.10. ſed initio non niſi tetrarcha decretus ab Auguſto, poſtea verò etiam Rex ib.c.13. Tandem verò *Viennam Galliæ* Βιέννὰν πόλιν τῆς Γαλατίας pulſus in exilium l.17.c.15. Euſe. in Chron. Mendoſe autem in S. Hieron. Matth.1. *Archelaum Tiberius Cæſar Lugdunum, quæ Galliarum ciuitas eſt, relegauit.* Pro *Lugduno*, de quo in Antipa mox; lege *Viennam.*

VI. *Antipas*, qui & *Herodes Antipas* l.18.c.3. filiorũ Herodis natu quidem erat minimus, à Patre initio ſucceſſor in regno conſtitutus erat l.17.c.8. ſed mutatus poſtea, factusq; Galilææ & Peręæ tetrarcha c.10. confirmatusq; ab Auguſto c.13. Ædificauit *Sephorim*, *Iuliadẽ*, & in *Tiberij*, cui erat amiciſſimus, honorem; *Tiberiadem* l.18.c.3. Vitelliũ ducem Romanũ, & Artabanũ Parthorũ Reges, cum pax inter eos ſancita eſt, regifico apparatu epuloq; accepit, fixis in medio Euphratis fluuij alueo tentorijs l.18.c.6. Vxorem habuit geminam. Vnam Aretæ Regis Arabum filiam l.18.c.7. *Herodiadem* alteram l.18.ca.9. ob quam S. Io. Baptiſtæ caput abſcidit Matt.14. de qua rurſum paulo poſt. Armorũ ingẽtem habuit apparatũ l.18.c.9. & ab Imp. Caio Caligula tandẽ exilio mulctatus: ipſiusq; tetrarchia data eius

Vxor Auguſti Tiberijq; mater, Liuia, *vnde S. Hieron. lib. de locis* Liuiadem *vocat*, *& Ptolemaus. Sed in Ioſ. ſemper* Ιυλία *pro* λιυία, *Ant.* 170.

eius accuſatori Agrippæ. Exilij verò locus lib.2.belli c.16.tam in titulo, quam in capite dicitur *Hiſpania*; in libro autem Antiq.18.c.9: λούγδουνον πόλις τῆς Γαλλίας, & vtrumq; in locum ei ſua illa Herodias ſponte comitata eſt. Sed nimirum vt capitum iſtorum verba innuunt, ei ab Caio decretum quidem *Lugdunum* οἰκητήριον: ſed illinc vlterius in Hiſpaniam profugit, vbi & mortuus, ἡρώδης μὲν ἐν Ἱσπανία συμφυγούσης αὐτῷ τῆς γυναικὸς τελευτᾷ ita vt *in Hiſpaniam* propriè *miſſus exul* non ſit,
Animad. 164. licet ita dicat Scaliger: & pro *Lugduno* legen-
171. da ſit apud S. Hieronymum Matth.1. *Vienna*, vt ſupra dictum.

VII. *Olympias* nupta *Ioſepho* fratri Herodis M. l.18.c.7. vnde filia *Mariamme*, quam, vt ſupra dictum, duxit *Herodes Agrippæ F.* vnde filius natus *Ariſtobulus* ibid.

VIII. *Herodes* Galilææ tetrarcha duxit Ariſtobuli & Berenices filiæ illius, quæ Herodi M. ſoror, Salomes; *filiam Herodiadem*, dum reliquiſſet hæc ſuperſtitem huius fratrem Herodem lib.18.c.7. Sed nonne hoc *Herodi Antipæ*, vt paulo ante factum; tribui neceſſe? Prorſus id ſacra poſtulant Euangelia. Matth. 14. Marc.6. Luc.3. & 9.

IX. *Philippus* duxit *Salomen* filiam Herodis huius & Herodiadis: ſed ἄπαις mortuus l.18.c.7. Vir placidus & iuſtus l.18.c.6. Tetrarcha Gaulonitidis, Trachonitidis, Batanææ, Paneadis. vbi ædificauit *Cæſaream*, quæ ab eo di-

liadem, quæ antè *Bethſaida* vocata lib. 17. cap. 10. & 13. lib. 18. ca. 3. Sed cur *Herodiadis*, quam ei manifeſtè tribuunt Euangeliſtæ, vxoris nullam facit Ioſephus mentionem? Non omnia, vt videri vult Scaliger; ſemper loquitur auctor hic: neque dum loquitur, ſemper verè ac perſpicuè. Sic vt *hallucinationis* eum etiam idem accuſet Scaliger. *Mar. 6. 17.* *Anim. p. 158. 166.*

X. *Roxane* }
} ἄτεκνοι, l. 18. 7.
XI. *Salome* }

XII. De *Phaſaelo*, ſicuti & de Antipatro Herodis filiorum primo, nihil.

CAPVT XXI.

In Herodiano iſto genere difficultates, & notationes de ipſius exitio, infanticidio, appellatione.

HÆc illa numeroſa Tyranni Herodis ſoboles. ſeu, vt loquitur Ioſephus, lib. 1. cap. 18. πολυπρόσωπος γενεὰ, in qua, ob Ioſephi, vt dixi, vel importunum ſilentium, vel inconſtantem, impeditamque narrationem; interdum & propter errata quædam Typographica, inſunt nonnullæ difficultates. *Vetuſtiſſimos errores multos*, ait Scaliger, *in Ioſepho deprehēdimus, etiam ante Ruffini æuum in eius codicem receptos*. Sed alia nunc obiter notanda. *p. 166.*
1. tantum hoc, tamq; diffuſum, & inter ſe cōtextū, connexumq; Herodianum genus to-

tũ pænè, ita vt vel nulli, vel certè, de quib. cõ-
Mar. 20. ſtet, ferè nulli ſuperſtitarent, intra centũ an-
nos, & ꝙ excurrit; deletũ eſſe funditus. Atq;
hinc diuinam intelligere Nemeſin, miramq;
humanarũ rerum gubernationem conſenta-
neum, prout l. 18. c. 7. p. 557. admonet Ioſeph.
*ὡς ὐδὲν ὠφελεῖ πληθὺς, ὐδ' ἄλλη τις ἀλκὴ τῶν ἐν ἀν-
θρώποις ἐπιτετευγμένων, δίχα πρὸς τὸ θεῖον εὐ-
σεβειῶν*. 2 eum ipſum, qui tantam hanc maxi-
mè plantaſſe, firmaſſeq; ac exornaſſe ſyluam
videbatur, Herodem fuiſſe, qui ſecures in e-
am recidendam omnium primus impegerit.
Audiuimus enim quemadmodum ſororis
ſuæ Salomes maritos ſuſtulerit, vxoris Mari-
ammes auum & fratrẽ, addo etiam matrem
Alexandram, ſocrũ ſuam Ioſ. l. 15. c. 11. E filiis
verò ſuis primò duos omnium nobiliſſimos,
atq; florentiſſimos è nobiliſſima illa *Mariam-
me* ꝓgenitos, Roma reduces *Alexandrũ* & *A-
riſtobulũ* interemit l. 16. c 17. deinde *Antipatrũ*
quem prima ei vxor *Doris* pepererat, l. 17. c. 7.
& 9 cũ quib alium etiam aliquem reor con-
iungendũ, quem vnà cum innocentũ, quos,
vt Mũdi natum Regem ac Saluatorem per-
deret; ſæuiſſimè perdidit, infantulorum alio-
rum nece necarit. De hoc enim ita loquitur
l. 2. Saturn. c. 4. Macrobius: *Quum audiſſet Au-
guſtus, inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Iu-
dæorum, intra bimatũ iuſſit interfici, filium quoq;
eius occiſum, ait: Melius eſt Herodis porcũ eſſe, quã
filium.* Quiſnam verò filius hic? *Antipatrum* a-
iunt

ſunt [a] quidam: duos verò illos *Alexandrum & Ariſtobulum* [b] alij. Sed cur horũ neutris, quos vtroſq; tamen colo; minus aſſentiar libenter; hæ mihi cauſæ 1. De *vno* tantum loquuntur *filio* Macrobius & Auguſtus. Quomodo igitur *duo* accipiantur? 2. Illum vnum, qui interfectus eſt, ſignificat Macrobius in eorum fuiſſe numero, qui *intra bimatum* eſſent. At dictorum trium Herodis filiorum quilibet lõge ſupra bimatum erat. cum & duorum ſuprà iam commemorati ſint filij ac filiæ, Antipatri verò ætas magnis iam vel in fratres odijs & calumnijs, vel Romanis profectionibus, vel contra ipſum patrem inſidijs, regijq; faſtigij ambitu, & vinculis exercita lib 17. ca. 7 & 9. Tertia deniq; cauſa eſt, quod horum quilibet Auguſti ipſius iudicio, voluntate, annutuque ab Herode interfectus, vti à Ioſepho ſcriptum l. 15. c. 16. & 17. l. 16. c. 9. Quæ poſtrema cauſa ipſum etiam Scaligerum ab trium iſtorum, in Macrobij Auguſtiq; verbis, cæde prorſus auocat. *Filios*, inquit, *damnare potuit capitis Herodes iure tam patria poteſtatis quàm regiæ: ſed & hanc quoq; rem iudicio Cæſaris ſubiecit. Eundem honorem habuit & Cæſari, quum Antipater filius eius, capitis à Varo damnatus eſt. Quamuis .n. ipſe iure patrio & regio hoc facere potuiſſet, tamen maluit ad declinãdam facti inuidiam, iudicium Varo cõmittere. qui quãuis Antipatrem inſidiarũ in patrẽ conuictũ, capitis dãnaſſet, tamen prius Romã literas de hac re, & hões miſit,* [c]

a Suslyga diſp. de ort. Sal. p. 14. & ſeq.
b 10. Kep. Syl. p. 33.
c Anim. p. 161.

qui viua voce Auguſtum docerent & de crimine, & de ſententia capitis in reum lata. Itaq; hic filios ſuos Herodes ex ſententia Cæſaris interfecit. Quo magis miror, apud Macrobium, Auguſto dictũ hoc extidiſſe, præſtare porcum Herodis eſſe quam filiũ. tanquam neſcius huius iudicij, hoc pronunciarit. quum tamen ſententiam capitis in tres filios Herodis ipſe iudicio ſuo comprobatam confirmarit. Hęc ille. Cenſuerim igitur potius, Herodis filium hunc, qui ab eo, cum alijs *intra bimatum* puerulis occiſus eſt, neſcio prorſus inconſultoq; Auguſto, & occiſum, & ab Ioſepho in eodẽ ſilentij tumulo, quo totũ ipſum infanticidiũ (rem adeo magnam, calamitoſam, Hieroſolymis ac in Iudęa tota, imo & Romę peruulgatam ac deploratam) ſepultum. Etſi enim tale, tamq; immane ac luctuoſum Herodis facinus, eius, in litteras non retulere laudatores & adulatores Ptolemæus Aſcalonita, & Nicolaus Damaſcenus, an illud Ioſepho tamen inauditum ac incompertum eſſe potuit? An auditum & compertum, omnem ipſe poſteritatem celare debuit?

III. Notandum, tam Herodem, quam omnes eius iſtos filios ac nepotes rectè *Proſelytos* appellari, vt probatum ſupra c. 15.

CAPVT XXI.

Herodis regnum, acta, templum, vitia & tempus.

SI Herodem totum perſequi eſſet animus, multa ſanè adhuc tractanda eſſent. Sed in primis multiplex eius ad *regnum euectio*, ac *tempus*: *ius* item ad illud: *geſta* eius varia, & maximè *templi*, quæ ipſi à Ioſepho lib. 15. cap. vltim. & Iudæis tribuitur *ædificatio*: *vita* denique tota, & *mors* longe teterrima. Et in *vita* quidem veri Machiauelliſtæ, hominiſque paganiſmum cum Iudaiſmo, veram cum falſa religionem confundentis, corporis ac ingenij dotes maximas, induſtriam, vafritiem, omniaque ad vanam mundi huius felicitatem & gloriam referentis facies retegenda: plurimaq; eiuſdem *vitia* & ſcelera carbone atro depingenda, impietas, ambitio, Sodomia, ſæuitia tyrannis. Sed mihi iam tantummodo propoſitum fuit de ipſius gente ac genere illa, quæ in veteribus culpauit Scaliger, tueri, atque, ad nonnulla ſcripturæ, veteriſque memoriæ loca commodiùs intelligenda, explicare. *De varia* verò eius *ad regnum euectione* legi poteſt Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. BARONII Apparatus; *de tempore* tum idem, tum alij, qui de hoc ipſo neq; paucas, neque faciles commouent quæſtiones. Sic enim ſe in temporum diſputationibus habet res, vt qui chordam vnã tangit, alias moueat ſimul complures. At ego, in tam feſtina properaq; ſcriptiuncula, Chronologicum agere fidicinem nullo modo inſtitui, ſed inter adeo claros nobileſq; Muſicos, vt priſca bonaq; voce lo-

Gorion l. 5. c. 25. 26.
Chr. templ. 2. f. 606. b. & ſeq.
Iuch. f. 19. b. 27. b. 52. b.

Deker. diſp. de ortu Sal.
Keplerus ſyl. Chron.
Scal. de em. tem. & in Anim. ac Iſag. Can.

loquuntur ipſi, *pauſare* potiùs. De *regni iure* alibi aliàs: cum hoc Herodi q̃ Haſamunęis ſeu Machabæis melius ac iuſtius dicat Scaliger Anim Euſe. p. 150. *Templum* verò ea ratione, magnitudine, magnificẽtia, celeritate, miraculorumq; diuinorũ acceſſione, prout hæc vel à Ioſepho ſcribũtur, vel à pleriſq; intelliguntur; negaui, annis ab hinc XX. Herodem ædificaſſe. neq; meam hanc negationẽ meo in animo deſtruere ac euertere potui hactenus. ſed & nõ parum nuper gauiſus ſum, cum aſtrui, & confirmari eam vidi, in nobiliſſima illa Ezechielici templi architectura, quã excitarunt è noſtris doctiſſimi, diligentiſſimiq; duo, *Pradus* & *Villalpandus*. Alia in Ioſepho (etſi, vt ſuprà iam aliquoties innutum; è laudatoriis ac aſſentatorijs Herodianorũ encomiaſtarum aretalogiis ſua ferè deprõpſit ille) inueniri poſſunt nimis multa, quorum compendiarium veluti epicedium ab ijs, quib. tyrannico terrore ac vi, os viuus oppilarat, ſtatim poſt eius mortem cantatum hoc modo, prout refert l. 5. c. 41. Gorionides: *Fuit Herodes homo importunus ac improbus, qui vexationẽ iugumq; ſuum aggrauauit ſuper nos vehementer: & crudelitatem qua ſuperbus & crudelis populũ vexauit, non autem regnauit, adeo vt in cana etiam ſenectute ſua quoſdã interficeret. Detraxit ipſi populo tegumentum ac veſtem: nulli diuitiarum aliquid reliquit, propter exactiones, quib. nos preſſit, grauiſſimas. Alienigenas ditauit, & Iudæos pauperauit.*

loc. cit.

in 3. p. D. Th.

l. 5. de poſt. viſ. Ezech. diſp. 4. c. 68 & App. p. 1. l. 2. c. 5.

Nic. Dam. Ptol. Aſco.

in Lex. 42.

raxit. ipſe in templũ ſimulachra induxit, & ſanctuariũ polluit, vt beatus ſit, qui ante mortuus eſt, & non ſenſit crudelitatem Herodis in paucis illis annis, qui fluxerunt à tribulatione illa, quæ fuit in captiuitate in terra inimicorum noſtrorum, quando regnauerunt ſuper nos Reges Babyloniæ. Quoniam Herodes iſte afflixit nos in terra noſtra grauius quam experti ſimus in ipſa captiuitate, & terra inimicorum noſtrorum, in dieb. Medorum & Perſarũ. Darius.n. & Artaxerxes emiſerunt nos de captiuitate in terram noſtram. At iſte Rex Herodes plurimos tranſtulit de terra noſtra, & fecit eos tributarios ſibi, & alijs multis populis. Nã fuit Herodes multo crudelior Dario, iactãtior Artaxerxe, & auarior Medis. Expectauimus propterea diẽ mortis eius, vt egrederemur in libertatẽ. Ipſe.n. redegit nos in ſeruitutẽ, & ſubſtituit in locum ſuum Archelaũ Regem, in omne malũ, quod fecit pater eius: & adiecit adhuc noua. Hæc & alia illi plura, quæ nõ in Iudæa tantũ, ſed & Romæ, vt apud eundẽ ſcriptorem eſt, dictitabãt. Sed, vt vnde ſuum *Elenchum* fœdo cum pareramate, vel parencheremate cœpit Scaliger, ſecundũ verò ſuũ *Reſponſionis* librũ Druſius; ibi meus hic terminetur libellus; eſto vltimũ *de Herodianis* caput.

(margin: *tſurim.*; *ib. in fine c.4x*)

CAPVT XXII.

De Herodianis.

HErodiani, ait Scaliger, *qui ſint in Euſebianis oſtendimus.* Euſebiana ergo hæc adij, & q̃d ea ferant, referã ego paulo poſt. Druſi⁹ El.c.1.p.11.

verò ſuæ Reſponſionis libro alteri hoc dedit
initium: *Hactenus mihi res fuit cum ſycophanta:*
poſt hæc diſputatio erit cum homine propoſiti ſui,
Ioan. 8. Matth. 12. *errorumq́ tenaciſsimo.* Me *ſycophantam* ꝙ vocet
is, eius veniam do iracundiæ. Magiſter meus
& *Samaritanus* & *Beelzebubi* dæmoniorumq;
omnium amicus vocatus eſt. De errorib. vi-
deamus. Quam in Nouatorũ errorib. imꝓbo
pertinaciam, in meipſo, abſit, reſidere velim.
l. 1 de Trin. c. 2, & 3. Perplacet S. Auguſtin cũ ait: *Nec pigebit me, ſic-*
ubi hæſito, quærere, nec pudebit ſicubi erro, diſcere.
Proinde quiſquis hæc legit, vbi pariter certꝰ eſt, per-
gat mecũ: vbi pariter hæſitat, quærat mecũ: vbi er-
rorem ſuum cognoſcit, redeat ad me: vbi meũ, reuo-
hypot. in Demoſt. de corona *cet me.* Incipe igitur, Druſi: & q̄dem vti monet
Libanius, ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων. refer primò ſta-
tim libri tui loco errorem meũ aliquem inſi-
gnem, luculentũ, craſſum, cuius ſi tenax ſim,
R. l. 1. c. 1. p. 4. pertinax meritò audiam. Scribis. n. te tãtum
in me *præcipua* notaſſe, è quibus *veteratoriam*
meam *calliditatẽ*, & *in tuendis errorib. inſignem*
R. l. 2. c. 1. *pertinaciã* liceat cognoſcere. Incipe. *Igitur pri-*
mũ locus occurrit de Herodianis, quos ait Serarius
ante Chriſti Dn. tempora non fuiſſe. Hoc affirmare
temeritatis eſt. Ita Druſ. quem, ſat ſcio, non te-
meritatis, ſed vel improbitatis, vel certe ſto-
liditatis condemnabit quiſquis meũ hac de
re, quem idcirco ille auſus non eſt indicare,
locũ vel vno, vt aiunt, oculo inſpexerit. Mea
n. illic verba ſunt hæc: *Hoc volo; Ante iſta Hero-*
dis, Chriſtiq́ Dn, tempora, Herodianos non fuiſſe:

non

non iam ſcrupuloſè annos examinando. Quid iſtud, *non iam ſcrupuloſè annos examinando*? Nonne ſatis, quomodo ante CHRISTI Domini tempora fuiſſe, aut non fuiſſe, dici queat, indico? Sunt profectò certa tria hæc: 1. *Herodianos ab Herodum hactenus memoratorum aliquo vocatos.* 2. *Herodes tres* fuiſſe CHRISTI *Domini tempore*, Magnum, ſeu *Tyrannum*, eius filium *Antipam*, eiuſdemque nepotem *Agrippam.* ſed *primum* quidem, natiuitatis eius infantiæque particulâ: *ſecundum* totâ prędicationis parte: *poſtremum* & hac eadem parte vixiſſe, aliquotq; deinceps annis, quoad ab Angelo percuſſus eſt Actor. 12. 3. *Herodianorum in ſolis Euangelijs mentionem diſertè factam*: & quidem tantummodo illa vitæ CHRISTI Domini, parte, quam in regni cœlorum euangeliſmo poſuit. Si ergo *ſcrupuloſus annorum calculus* non ineatur, vt in quotidiano fit ſermone quàm ſæpiſſime; quid vetat, Herodianos ante CHRISTVM Dominum haud fuiſſe, dicere? At monui diſertiſſimè, *ſcrupuloſum* annorum examen illic à me præteritum. Vbi vllus ergo *error*? vbi *temeritas*? vbi *pertinacia*? Si calumniari haud vellet Grammaticus, meo ſanè illo contentus reſponſo fuiſſet. Ab omni enim diſputatione, cui, vt debet, propoſita veritas; abeſſe oportet omnem alterius verba ſiniſtrè malitioſeque interpretandi ſcabiem. Quia calumniari tamen vult Druſius, probare, quod neceſſe

nihil erat;nititur,Herodianos, ſi ſcrupuloſè agatur;ante CHRISTVM Dominum fuiſſe.ſed ita hoc inſubidè inepteque probat, vt non quidem ſcrupuloſus,ſed imprudens,omninoq; temerarius ratiocinator appareat. Nam CHRISTVS, inquit, *natus fuit ſub finem regni Herodis , à quo Herodiani nomen accepiſſe putantur.* Quid, *putantur* ? Ex vno,*putantur*, audes hominum vlli errorem impingere maximum,veteratoriam calliditatem,pertinaciam inſignem ? Sed largiamur iſtud *putătur.* putentur ab Herode Tyranno Herodiani , quid inde ? *Credibilius ergo, paulò ante* CHRISTVM *fuiſſe.* At vnde hoc & quomodo *credibilius* ? Cur *paulò ante* ? Quod tamen *paulò ante* dum dicis , manifeſtum, tuis etiam ingratiis,facis,verum eſſe; quod à me dictum : *ſi ſcrupuloſior abſit annorum arithmetica* poſſe dici, non *ante*, ſed *ſimul.* Verum quia non ſimpliciter *ante* , ſed *paulò ante* vis; dic, ſodes, paulum hoc temporis, quantulum ? *Sane,* inquit, *ſi cœperunt Herodiani, anno Herodis X. aut XX. aut etiam XXX. rectè dicuntur ante* CHRISTVM *fuiſſe.* Bene dixti; *ſi cœperunt.* Sed quid *ſi non cœperunt* ? Poteſne vel vno argumentulo firmare,cœpiſſe illos,Herodis *anno* X. XX. vel etiam XXX ? At (in eodem *Herode* adhuc hærendo)non minus probabiliter aſſerere liceat, cœpiſſe anno XXXI, XXXII, vel aliis, ad illius mortem vſque , ſecutis. ac idcirco , ſcrupuloſâ etiam ratione diſpu-

diſputando, rectè dici, ante CHRISTVM illos non fuiſſe: imo etiamſi anno Herodis illius XXX. cœpiſſe illos hariolari, magnorumq; in CHRISTI Domini anno natali, hominum amplecti calculum liberet. Cum igitur, ſi ante CHRISTI Domini ortum, vt calumniator vult, fuiſſent illi, vix vno, alteroue anno ante fuiſſent; tam verò certum ſit eos nullo etiam momento ante fuiſſe, quam vno alteroue anno fuiſſe; quis ille tandem Serarii error, dũ dixit, ſcrupuloſè annorum minutias non excutiendo; Herodianos ante CHRISTI Domini tempora non fuiſſe? An cum de aliquorum temporibus agitur, nulla vnquam ſcrupula, imo & horas, & dies, hebdomadas & menſes, imo annos etiam totos pręterire fas? *Hoc non raro*, inquit Scaliger, *veteres faciunt, vt paruam ſummam diſſimulent, contenti millenarios aut centenarios ponere.* Quis ergo error, ſi, hoc veterũ more, non modo loquatur quis, ſed ita etiam loqui ſe indicet? Quaſi tamen in Archimedeo rem totam deſcripſiſſet puluere, penituſq; ὀφθαλμοφανῶς demonſtraſſet; vitulatur, & ſubdit: *Hoc excuſandum non erat. Incerta pro certis affirmare turpe eſt.* At hoc, mi homo, non ego, qui in re nondum ſatis perſpecta definitè nihil affirmare volui; ſed tute facis ipſe, qui pro certo, quod incertiſſimũ, vt partim iam vidimus, partim adhuc maniſeſtiùs paulo poſt videbimus; affirmas, Hero-

Bar, t. 1.

Anim. 168.

Herodianos videlicet ante CHRISTVM Dominum fuiſſe. Atque hæc ita dixi hactenus, quaſi ab Herode Magno appellati eſſent Herodiani, prout non quidem probat, ſed præſumit, & quaſi Mathematicum poſtulatum accipit Druſius: *Quum de Herode*, ait, *loquor, intelligo Herodē magnum*. Sed ſi quis tamen id negaret, quo ſe miſer verteret? Quem vel ſenſum vel mentem in auxilium vocaret? Nam ſe ad Patres conferre ſi velit, faciet primo quidem contra Nouationis genium; deinde ab iis forte, quos vt cap. 1. *Miſcellanei Rabbini* viſum; caſtigare potius quàm audire vult, repelletur. Hiſce igitur, pro Nouatorū iure ac more, dimiſſis; quā vel vnicā pro ſuo iſto Herodianorum, ante CHRISTI Domini natalitia, exortu ratiunculam afferre poteſt? Si non poteſt, vt verè non poteſt; quomodo *errorem* ac *pertinaciam* vocare audet, ſi quis diſſentiat? & ita diſſentiat, vt ſe ἐν πλάτει, non autem ad ſcrupuloſiſſimum calculum, loqui teſtetur? imò vt iſto modo, ne diſſentiat quidem, ſed idipſum, quod ab illo aſſeritur, velut verum non reiiciat; ſed ſuum obtinere locum ſinat; & interim quemadmodū, ne diſſentire videatur, verba intelligi ſua velit; aperiat? Crucem crucem in libri ſui principio calumniæ ſuæ figit Druſius, dum inſignitiſſimo, primoque loco velut maximum, craſſiſſimumque errorem ſtatuit id, quod vel, ſi accuratè ſcrupuloſeque agatur, veriſſimum:

eodem c. 1. l. 2.
Reſ.

mum: vel ſi minus accuratè ſcrupuloſeque; modeſtiſſimum. Atque hic ego iam abiungerem, niſi vt ab omnibus perſpici res tota, ipſeque in ſupputariis digitorum ſuorum geſticulis iuuari poſſit Druſius, operæ videretur precium, variarum de Herodianis ſententiarum aliquam veluti Logiſticam attexere tabellam. Quidam igitur opinantur *Herodianos* eſſe, *Tertull. Apol.*

1. ab *Herode Agrippa* nominatos, vt *Philaſtrius* l. de hæreſ. non autem, prout, per memoriæ vacillationem, Pamelio in Tertulliani Præſcriptiones num. 299, excidit, *Damaſcenus.*

2. *ab Herode Antipa.* vt illi, qui Herodis tum, cum in Euangelio Herodiani appellantur; viuentis domeſticos, aulicosque intelligunt, vt *Syriacum Teſtamentum nouum*: Tremellius, & Beza. *in Matth. 22.*

3. *ab Herode M. ſeu tyranno*, vt alii plerique. & ab hiſce tribus opinionibus variẹ rurſum cauſæ afferuntur, cur ab Herodibus iſtis nomen hoc procuſum.

I. quòd *Herodis palatini* atq;, vt dicebam, *domeſtici* eſſent. *Expenſis*, ait Beza, *omnibus, placet mihi Syrus interpres, qui Herodianos interpretatur debetb Hiraudis, id eſt, Herodis domeſticos, ſiue aulicos.*

II. quòd *Herodis milites.* vt olim dicti *Pompeiani* & *Cæſariani.* D. Hieronymus in Matt. 22. & Victor Antioch. in Marc. Et ſic apud

Ioſe-

Ioſephum lib. 2. Capt. 31. dicti οἱ βασιλικοί.

III. quòd *Gentiles.* Auctor operis imperf. homil. 42. in Matth. Sed poſſunt hi dupliciter intelligi. vel vt eſſent Gentiles *ſub Herodis imperio ac ditione*: vel qui eſſent *gerim* ac *Proſelyti* ſicut Herodes, vt ſupra dictum. Prioris interpretationis auctor Maldonatus. poſterior ab Operis illius textu & magna veriſimilitudine haud aliena.

Bez. cit. IV. quòd *Saducæi. Illud* enim, ait Beza, *facilè conijci poteſt, ſi quis conferat Matth. 16. 6. cum Marc. 8. 6. Saducæorum opinionibus fauiſſe Herodem cum ſuis.* Et ita etiam Caſaubonus in Notis Teſt.

V. quòd, ad Herodis mentem, *negarent Cæſari dandum tributum. Probabile eſt*, inquit idem Beza, *eos qui tributum Cæſari dandum non eſſe defendebant (quorum ſectæ princeps fuerat Iudas Gaulonites, & Sadducus quidam Phariſæus, vt ſcribit Ioſephus lib. Ant. 18. 2.) ab Herode & aulicis aſſentatoribus, ſub publicæ libertatis ſpecie, fuiſſe defenſos, quatenus id quidem tutò facere poterant. quum videlicet paterno regno ſe fuiſſe magna ex parte à Romanis ſpoliatos ægerrimè paterentur magni illius Herodis liberi. Hinc illud fermentum Herodis, Mar. 8. 15. & fortaſsis illæ ſimultates, quarum fit mentio Luc. 23. 12. quæ huc tandem deuenerunt, vt Herodes Antipas proditionis accuſatus, Lugdunum deportaretur.*

VI. quòd, è contrario, ad Herodis mentem, *contenderent Cæſari tributum dandum*, vel

quia

quia tributis colligendis fuiſſet à Romanis præpoſitus Herodes: vel quia Imperatorum iſto modo gratiam aucuparetur. Illud prius abs ſe nunquam lectum ait Beza. ſed ſanè id ſignificat Ioſephus l.15.c.5.p.462. vbi *iuſtus in tributis* fuiſſe dicatur, & Appianus l. 5. τῶν ἐμφ. p.371. Et verò ad perſoluenda tributa iſtiuſmodi Iudæos cohortatus eſt Herodes *Agrippa* iunior lib 2.Capt.28. Iſtaq; de Herodianis opinio eſt Origenis tract. 21. in Matth. Cyrilli Alexan. l.2.in Iſa.& Maldon. in Matth.22.

VII. quòd eſſent homines Herodis inſtar, *profani, qui nouam quandam*, inquit Beza, *religionem ex Iudaiſmo & paganiſmo conflabant. Nec dubium eſt*, inquit idē, *quin Herodes Antipas, & reliqui illius liberi paterna veſtigia ſequerentur.* Et huiuſmodi hodie vocari conſueuerunt *Machiauelliſtæ* aut *Politici*. contra quos ego alibi. *loc. cit.* *in ſymb. 8. Athanaſ.*

VIII. quòd Græci eſſent ab Herode in habitata terra ſoti, cũ è deſerto ipſos adduxiſſet, qui ſectam nouã fecerint, & à loco vnde abducti, vocentur in Thalmud, *Dorſiothitæ* aut *Dorſiani*. Ita ipſe Druſius, prout quidē in Beza legi. qui ſuperioris opinionis hanc eſſe arbitratur cõfirmationem: ſic tamen, vt valde *incertam* eſſe, ſubiungat.

IX. quòd Herodem *Meſſiam* Gen. 49. 10. promiſſũ ſeu CHRISTVM exiſtimarēt. Tertul. Præſcr.c.46. S.Epiph. hæreſ.20. in Matth.12. D.Hie-

D.Hieronymus contra Lucifer : Victor Antioch.in Marc.Theophylactus,Damaſcenus de hæreſ. qui & Euthymium in Matth. 22. citat, Vetus Perſii Interpres Saty.5.

X. quòd non modo ipſis perſuaſum eſſet,Herodem eſſe CHRISTVM, ſed *ita etiam ijs perſuaſum eſſe vellet Herodes*: eſſentque *non hæreſis tantum,ſed & corpus inſtar earum, quæ vulgo Confratriæ vocantur.* Eſt Scaligeri opinatio hæc,qui addit : *Multa enim, vt in gratiam viui, ſic in honorem mortui faciebant, & quotannis eius natalem ſacrificijs & honoribus proſequebantur. Durabat adhuc ſub Nerone hoc genus. Perſius. Herodis venere dies.* Denique, *Erant*, inquit, *Herodiani homines, qui non ſolum Herodem pro Meſsia habebant, vt Iſmaelitæ Muhammedem pro ſummo Propheta, ſed etiam, qui ſocietatem coirent.& ſumptus ad ſacrificia in honorem Herodis obeunda, & eius natalem colendum faciebant.*

Euſeb. Anim. p. 130.

Sat. 5.

Mihi verò in tanta diſſidentium varietate opinionũ,quid videatur, nihil iam intereſt, vt dicam.Satis eſt,ex iis clarè perſpici hæc.1. quanta, in erroribus Serario impingendis, Druſii temeritas & calumnia ſit. cum & res iſta vſque adeo incerta ſit : & in ea,quia non exigebat vſus; nihil accurate aut diſſertare aut definire,ſed modeſtè tantum omni remoto exiliore calculo, ſeipſum interpretari voluerit Serarius. cum etiam complures

non

non niſi poſt CHRISTVM natum, *Herodianos* cœpiſſe cenſeant: & quidem in his ipſe Druſii amicus & præco ſummus Beza, prout ex eius neque ſemel, neque in vna tantùm ſententia, citatis verbis patuit: cum ipſius quoq; Druſii opinio ab eodem Beza velut *incerta*, relinquatur: & aliis aliquot poſthabeatur. eum ipſius denique Scaligeri, quem non ſociennum modo, ſed & fratrem ſuum videri vult; à me contra illum magna ex parte ſtet. R.1.65.p.19. Cum enim dicit Scaliger 1. Herodē voluiſſe hominibus *perſuaſum ſe Meßiam eſſe*, ſanè id, ſi verum eſſet, non potuit oportuniore vllo tempore fieri, quàm cum magnas aliquas res & cum admirabilitate nonnulla coniunctas feciſſe, magnamq; ſibi ac ſuis opulentiam, & felicitatem peperiſſe, imperitis quibuſdam, & eum æquo plus vel admirantibus, vel palpo nimio demulcentibus viſus eſt. id eſt, non multo ante CHRISTI Domini tempora: ſi non qualecunque falſi huius ſplendoris, celebritatis ac fauſtitatis principium, ſed ipſe veluti apex & colophon ſpectetur. Deinde vult Scaliger in eius iam mortui honorē inſtituta ſodalitia, factaq; ſacrificia, celebratas epulas. At num *ante Chriſti Domini tempora* mortuus erat Herodes? Erroris igitur & pertinaciæ non Bezam modo & Caſaubonum, ſed ſuum etiam Scaligerum iſtum acceerſat, & ilicò experietur, an,

R. l. 1. c. 14. p. 35. *Non eadem ſentire bonos de rebus iiſdem,*
Incolumi licuit ſemper amicitia.

Quamquam ego certè Herodianas iſtas Scaligeri ſocietates, impendia, ſacrificia, feſtosq; anniuerſarios non alio habere poſſum loco, quam alia eiuſdem commenta & logos meros. Nam quo ex auctore iſta tam multa, tam noua & magna, diuinaq; promit? Patresne aliquos affert? Hos vix pili facit. *Perſium* laudat, eiusque *gloſſas veteres.* ſed iſtæ, neque ſodalitates, neque communes ſumptus, neque ſacrificia in Herodis honorem vlla memorant: ille verò tantùm ait:

Sat. 5. *—— Cum*
Herodis venere dies, vnctaq; feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ
Portantes violas, rubrumq; amplexa catinum
Cauda natat thynni, tumet alta fidelia vino.
Labra moues tacitus, recutitaq; ſabbatha palles.

At in hiſce verſibus num iſta, quæ iam dicta, narrantur ſodalitia, ærarium commune, ſacrificia, & in Herodis memoriam ac honorem, Natales feſtique dies vlli? Longe aliud eſt, *Herodis dies*, & aliud, *dies in Herodis honorem.* Nam illud à Perſio dicitur, iſtud non. Per illos intelligere licet omnia Iudæorum ſabbatha & feſta, *Scenopegiorum* præſertim & *Purim* ſeu *Eſtheris.* quæ dicantur *Herodis dies*, quòd Iudæorum Rex & quidem notus fuiſſet Herodes, ſicuti & de pluribus eorundem Regibus pluratiuè Iuuenalis:

Obſer-

Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbatha Reges. Saty.6.
imo poſſet etiam *Herodes* ille ibi accipi, qui
eo ipſo ſupererat tempore, *Agrippa* nimirum, Ioſ.l.20.c.1. Phot.in Iuſto
qui in magna apud Caium & Neronem erat Tib.
gratia: Certè non erant, ex ipſius etiam Sca- Anim.174.
ligeri mente, Iudæi omnes Herodiani: & ta- 176.
men iis omnibus, priua quadam lege ab Romanis
conceduntur σύνδειπνα ϗ θίασοι, &,
has in res, pecuniarum collectio, apud Ioſephum
lib.14.c.17. Faceſſant ergo Scaligeriani
tam *Herodes*, quam *Herodiani*: & illi, qui
natus

Non eripit mortalia,
Sed regna dat cœleſtia.

Sit Gloria & Patri, & Spiritui Sancto: Sicut erat in principio, & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum Amen.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Emen-

Digitized by Google

Emendatio.

IN præf. lege, *terebinthi*. p. 16. *chacme hamm*. 19. ſimiliter. *Thannaos* etiam rectè ſcribunt alij. Obſeruata ſtudio in quibuſdam variè ſcribendi libertas. 23. mem finale. 37. plures etiam, licet. 60. *abhatht*. 61. Non eſt *χειρ*. 73. *ἐν ταξ*. 82. *ieſchibah*. 99. hinc à diuer. 113. Ribera in Abd. 125. Num in Th. 136. ergo, vanum 144. & tunc iurandum quidem 173. *κακονθ*. 216. quia Aſcalonita, Her. 224. Scaliger, *κτηη*. 247. *ὄντι.ις*. 249. mithgaierim.

Hæc mihi, ſaltuatim has & illas inſpicienti pagellas, occurrebant. Alia, per ſe, benignus emendabit Lector.

Digitized by Google

Digitized by Google